

Estate 33

No. 2

Vol. 8



R. P. JOANNIS
MARIN
SOCIETATIS IESU.

Oconensis, Sacrae Theologiae Docto-
ris, & in Academia Complutensi
Primarij, necnon Archiepiscopa-
tus Toletani Synodalis
Examinatoris.

TRACTATUS
DE
SPE, ET CHARITATE.

*Secunda editio correcta per
Authorem.*

Anno

1716.



MATRITI.

Typis D. Gabriëlis del Barrio.



Facultas D. Doct. D.
Ioannis Ruiz de Cas-
tañeda, Vice-Vicarij
Generalis Toletani Archie-
piscopatus, &c. Et Facultas
Religionis cum Censuris
Doct. D. Iosephi Yermo,
& RR. P. Mag. Doct. An-
tonij Mariæ Casiani, extant
in primo Tomo de Fide.

LA sumá de la Tassa, y
del Privilegio, están
en la primera parte
de Fide. De que certifico
yo Don Bernardo de Solis,
Secretario de su Magestad,
y Escrivano de Camara.
Madrid, y Junio veinte y
cinco de mil setecientos y
nueve.

D. Bernardo de Solis,

REV.



REV.P. IOANNIS
M A R I N,
O C O N E N S I S,
SOCIETATIS IESU.
TRACTATUS
DE SPE, ET CHARITATE:
PROOE MIUM:



Ariæ sunt usurpationes
Spei genericè sumptæ
apud Poëtas , & Latini-
nos , quæ videri possunt
apud Oviedo controver-
sia i. Triplex celebris est
in Scriptura. Primò sumitur Spes pro
objecto sperato. Ad Roman. 8. *Spes,*
qua videtur, non est Spes. Ad Tit. 3.
De Spe, & Char. A 3 Ex-

*Expectantes beatam Spem. Secundò sumit
ur pro illo , à quo , vel in quo spe-
ximus. Psalm. 13. Dominus Spes eius
est. Psalm. 60. Factus est Spes mea turris
fortitudinis. Tertiò sumitur pro habi-
tu , vel actu Spei. Job 19. Reponita est
Spes mea in sinu meo. 1. ad Corin-
thios 13. Manent tria hac ,
Fides , Spes ,
& Charitas. De hac ultima agemus
tractatum de Spe complectitur Div.
Thom. 6. quæstionibus à
17. ad 22.*





DISPUT. I.

De natura , & obiecto formalis Spei.



Pem esse distinctam à Fide,
de , & Charitate , docent
omnes Theolog. cum D.
Thom. hic quæst. 17.
Quod probant ex 1. ad

Corinth. 13. *Manent tria hec , Fides ,
Spes , & Charitas. Et ex Trid. sess. 6.
cap. 7. In iustificatione hominem acciper-
re Fidem, Spem, & Charitatem.* Philippus
Melanct. qui confessionem Augustana-
nam composuit anno 1530. vnde Con-
fessionistæ , & molles Lutherani dictæ
sunt, qui eam sequuntur ; docet, quod
partes pœnitentiæ sunt duæ solum;
contritio, id est, terrors conscientię; &
fides , qua credimus per Christum re-
missa esse pecata. Apud Coclævum lib.

De Actib. Lutheri. Hi spem non distinguunt à fide particulari , quam vocant fiduciam , qua homines credunt , peccata esse illis remissa: quam fiduciam damnat Trid. sess. 6. cap. 7. fidem ab spe distingui docuit August. in Enchirid. cap. 8. *Fides tamen , & spes non tantum vocabulo; sed rationali differentia distinguntur ; & cum eo omnes Catholici.*

SECTIO I.

Quan spes consistat in actu intellectus , vel voluntatis?

I **C**atholici distinguentes fidem ab spe, dicunt , spem consistere in actu intellectus. Distinguunt fidem ab spe: quia spes , aiunt, nascitur in fidelitate ; fides autem in veritate Dei. Moventur ad hæc dicenda rationibus adductis à Suar. disp. I. sect. 2. quibus visis ait : *Adeò certam esse sententiam constituentem spem in actu voluntatis , ut opposita sit saltus temeraria.* Et Ripalda disp. 21. sect. 1. dicit, oppositam refragatam esse ab omnibus Scholis Catholicis. Nihilominus Arriaga disp. 26. sect. 2. spem constituit

partim in actu intellectus, ut dicemus
infra. Spem consistere in actu voluntatis, docent omnes Theologi, ut ait
Oviedo cum D. Thom. quæst. 17. Ra-
tio est ex ipso, & August. Quia actus
intellectus fertur in verum; spes in bo-
num. Fides est de præteritis, præsenti-
bus, & futuris; spes solum de futuris.
2. Quia spes fertur in bonum contra-
positè ad timorem, qui fertur in ma-
lum. Et timor fertur in malum per mo-
dum fugæ: ergo spes fertur in bonum
per affectum prosecutionis.

3. Dices: Spes dicitur certa. Sed
certitudo pertinet ad intellectum: ergo
spes pertinet ad intellectum. Anteced.
patet ad Timoth. 1. *Scio cui credidi, &*
certus sum. Id est, habeo firmam spem,
ut explicant Hieron. & Ambr. 2. Des-
peratio non consistit in nolitione boni;
sed in actu intellectus: quia adhuc sup-
posito iudicio de non futuritione, vo-
luntas desiderat bonum. 3. Ex Clem.
Alex. 2. Strom. vbi cum dixisset, spem
esse expectationem, subdit, expectatio-
nem esse opinionem. 4. Spes movetur
ex assequibilitate boni. Sed assequibili-
tas non est objectum voluntatis, sed in-
tellectus: ergo spes pertinet ad intel-
lectum.

lectum. *Resp.* Spe in dici certam metaphoricè : quia propriè solum est certus actus intellectus : vel dicitur certa per metonymiam ; quia oritur à fide certa, & effectui sàpè tribuitur denominatio causæ , & è contra. Ideò dicitur mors pallida : cum pallor sit effectus mortis ; sic intelligendi sunt Hieron. & Ambr. Ad secundum , iam dicemus , desperationem consistere in nolitione boni, quia impossibilis. Ad tertium , actus intellectus dici solet spes ; sic dicere sollemus, spero , Petrum futurum doctum, sumpto *spero* pro iudicio , quamvis impropriè. Ad quartum , assuebilites boni est bonitas , ex qua movetur ; sicut possessio est bonitas , ex qua movetur gaudium.

3 Dices pro Hæreticis ad Rom. 4: Credidit Abram Deo , & reputatum est illi ad iustitiam ; & subdit : In spem contra spem credidit : ergo fides censetur idem , ac spes. *Resp.* Ex hoc nihil contra nos: quia solum dicit, Abram credidisse Dei promissionibus , & in illis nixus speravit futurum , quod attenta natura videbatur impossibile; vel dic iudicare aliquando assumi pro sperare.

4 Arriaga disp. 26. sect. 2. spem constituit partim in actu intellectus, partim in actu voluntatis. Ratio est: id quo præcisè deficiente, non datur denominationis spei, est constitutivum denominationis spei. Sed præcisè deficiente iudicio saltem probabili futuritione obiecti; desiderium non denominatur spes; & desiderium denominatur spes, si adveniat tale iudicium: ergo spes resultat ex actu voluntatis, & actu intellectus; quamvis minus principaliter ex actu intellectus. Et num. 16. dicit, valde probabilitè dici posse, spem principaliter dicere actum intellectus: quia sæpè dicimus: spero, Petrum futurum doctum, per quod significamus id indicari.

5 Hæc ratio supponit, desiderium per accidens transire ex desiderio in spem. Et similitè dicere poterit, complacentiam transire ex complacentia ad esse gaudium, si adveniat notitia possessionis: quod videtur incredibile. Itaque dicendum est, spem esse intrinsecè talem, & intrinsecè distinctam à desiderio præcisè tali: quia desiderium, quod est spes movetur à futuritione obiecti, ut obiecto formalis: sicut gaudium.

dium à possessione; desiderium tamen titulo talis solum exigit obiectum esse possibile: Vnde falso supponit, idem desiderium transire à desiderio in spem ex adventu cognitionis de futuritione. Deinde desiderium efficax Beatitudinis, ut futuræ habet omnia constitutiva spei, & movetur ex motivo spei: ergo ipsum solum est spes. Antecedens probatur. In primis movetur ex motivo spei, scilicet ex Beatitudine, ut futura: deinde est certum affectivè, & effectivè certitudine obiectivè obsoluta, ut dicemus disp. 3. ergo ipsum solum est spes. Mitto non bene percipi quod supponit, scilicet iudicium probabile de futuritione constituere inadæquate spem: cum iudicium probabile non sufficiat ad regulandam spem Theologicam, ut dicemus disp. 3.

6 His suppositis, difficultas est: An spes strictè talis differat à desiderio? Certum est spem strictè talem distingui ab amore stricto, & gaudio: quia et si hi actus respicientes motivum spei elicantur ab habitu spei, non vocantur strictè spes: sicut assensus authoritati, & revelationi propter ipfas eliciti ab habitu fidei, non vocantur actus strictè

Ex fidei. Dubium est : An spes differat à desiderio ? Scotus , Almaynus, Gabriel apud Rip. dicunt, non distingui. Torres disp. 60. dub. 1. dicit, spem, & desiderium distingui tanquam duas species infimas : & pro se citat D. Thom. infra. Salm. disp. 1. dub. 2. Ferre quæst. 2. Exim. disp. 1. sect. 3. Coninc disp. 19. num. 35. Lerca disput. 1. num. 8. cum D. Thom. 1. part. quæst. 40. artic. 1. dicunt, spem, & desiderium distingui , tanquam rationem genericam , & specificam : quia omnis spes est desiderium , non tamen omne desiderium spes. Ripald. disp. 21. num. 11. dicit , desiderium strictè acceptum , & spem distingui , tanquam duas species infimas : quia desiderium strictè acceptum dicit moveri ex bono proposito solum ut possibili; ita etiam Albendea disp. 1. quæst. 3. sect. 1. At verò desiderium latè acceptum dicie tendentiam prosecutivam in bonum, & sic cum spes sit desiderium latè , differunt tanquam ratio genericā , & specificā : ad modum quo amor strictè acceptus specie differt à volitione , latè tamen loquendo, volitio dicitur amor: & sic latè loquendo , omnis volitio est amor,

amor, verum omnis amor non est voluntatio. Palanc. quæst. 9. absolute docet, spem specie distingui à desiderio, idque suadet ex D. Thom. 1. 2. quæst. 40. artic. 1. & ibi quæst. 25. art. 1. & artic. 3. quæ latè refert, ut pateat mens D. Thom.

7 Hæc quæstio multum habet de nomine. Satius tamen videtur dicere spem specie differre à puro desiderio: quia purum desiderium positivè dicit moveri solum ex obiecto proposito, ut possibili. At spes moveatur ab obiecto, ut futuro; à desiderio tamen præscindendo à puro desiderio, & non tali, differt, tanquam ratio generica, & specifica: quia omnis spes est desiderium; siquidem est tendentia prosecutiva in obiectum; non tamen omne desiderium est spes: quia potest dari desiderium tendens in obiectum præcisè propositum, ut possibile. An vero differant, quia spes moveatur ex arduitate, vel supponat necessario arduitatem? Dicemus infra.



SECTIO II.

De obiecto formalis spei Theologie.

Sup. 1. Certum esse apud omnes , spem esse virtutem Theologicam : quia et si non convincent certum fidei ex illo Pauli ad Corinthon. 1. cap. 13. Nunc autem manent tria haec , Fides , Spes , & Charitas , ut sentit Arriaga disp. 26. num. 31. quia Paulus nullam mentionem facit de Theologalitate ; tamen consans Theologorum sententia reddit certam moraliter hanc veritatem. In dō non est imperfectē , & impropriē Theologica , ut insinuare videtur Lugo disp. 3. de Pœnit. num. 44. sed strictē , & propriē ; ut sentiunt similitē omnes : cum nulla deficiat circumstantia ex exactis ad Theologalitatem , ut censes sentiunt , & infra videbimus. Actus vero naturalis , qui moverur ex motivo divino , quidquid Arriaga supra dicat , non esset strictē , & propriē Theologicus , vs censem reliqui apud Ovied. controv. 3. num. 51. Ex hac Theologalitate planē infertur , spem habere motivum divinum,

num , saltem ioadæquatum : quia etsi alij ultra motivum requirant etiam ad Theologalitatem , quod obiectum primarium sit etiam divinum : ideoque actum religionis , quem iudicant moveri ex Dei excellentia , non afferunt divinum ; tamen sententia omnium contra Durandum afferit , ad Theologalitatem exigi motivum divinum , saltem ioadæquatum ; sive hoc debeat esse intrinsecum , ut communiter censetur , sive sufficiat esse extrinsecum , ut censet Ripalda .

9 Sup. 2. Arduitatem sumptam pro difficultate assequendi , non pro excellentia boni , non esse motivum , seu obiectum formale spei : idem de rei futuritione secundum negativum , seu sumpta pro non existentia rei . Ratio est : quia motivum cuiusvis actus ad intellectum allicit ; sed neque difficultas , neque non existentia rei allicit ad mandum obiectum ; sed potius retrahit : ergo non sunt obiectum formale . His suppositis : prima sententia docet , obiectum formale spei esse omnipotentiam , ut auxiliantem . Ita communiter Thomistæ , quos sequuntur Gonet , Ferre , Carmel . disp . 1 . de spe , du . b . 3 . num .

num. 51. Albendea disp. 3. quæst. 30
 sect. 2. & 3. Palanco quæst. 4. expli-
 cans, esse Omnipotentiam, ut auxilian-
 tem in actu secundo, sive auxilium di-
 vinum activè sumptum ex parte ipsius
 Dei. Aliqui tamen ex his volunt, solam
 Omnipotentiam, ut auxiliantem esse
 motivum. Alij æquè primo dicunt esse
 motivum misericordiam, fidelitatem,
 & divinam promissionem. Ex nostris
 accedunt Vazquez, Tortes disp. 6.
 sect. 2. Mæratius disp. 3. sect. 1. Se-
 cunda asserit; obiectum formale spei
 esse divinam bonitatem, ut est ultimus
 noster finis, & ut nobis bona: & in
 hoc sensu, etiam Omnipotentiam, &
 alia attributa esse motivum, scilicet ut
 possidenda, seu ut finis, non vero ut
 principium. Ita Suarez disp. 1. sect. 3.
Coninc disp. 19. dub. 4. Granados
 tract. 1. disp. 1. sect. 2. Castro Palao
 tom. 1. tract. 5. disp. vnica, Ovied:
 controv. 2. punct. 3. Tertia asserit, di-
 vinam bonitatem, ut ultimus noster fi-
 nis, & ut nobis bona, esse obiectum
 formale spei, ut intentio est: obiectum
 tamen formale illius, ut securè tenden-
 tis, & cum alacritate, & gaudio est
 Omnipotentia ut auxilians. Ita Lorca
De Spe, & Char. E disp.

disp. 3. sect. 2. membro 1. Gaspar Hur
rado disp. 1. diffic. 6. Ripalda disp. 23.
Ojea disp. 2. Albendea suprà.

10 Dico 1. Beatitudinem nostram formalem, & obiectivam, seu Deum ut possidendum, esse obiectum formale spei. Probatur. Finis alicuius intentionis est obiectum formale talis intentionis. Sed Deus ut nobis bonus, & ut à nobis possidendus est finis spei : ergo est obiectum formale spei. Min. probat. ex D. Thom. hic quæst. 17. artic. 4. qui licet non tractet quæst. sub his terminis, dicit: *Spes duo respicit, scilicet bonum, quod obsinere intendit, & auxilium, per quod illud bonum obtineatur, bonum autem, quod quis sperat possidendum, habet rationem causa finalis, auxilium autem, per quod aliquis sperat illud bonum obtinere, habet rationem causæ efficientis.* In genere autem viriusque causæ invenitur principale, & secundarium : principalis autem finis est finis ultimus ; secundarius autem finis est bonum, quod est ad finem... *Spes respicit beatitudinem aeternam sicut finem ultimum ; divinum auxilium sicut primam causam inducentem ad beatitudinem.* 2. Eadem bonitas, quæ præ-

cindendo à possessione est motivum complacentiae, & quæ iam possessa est motivum gaudij, & quæ possibilis est motivum desiderij, futura est motivum spei. Sed Beatitudo nostra, seu Deus ut possidendus, præscindendo à possessione, est motivum complacentiae: possesus est motivum gaudij: possibilis est motivum desiderij: ergo eadem bonitas futura est motivum spei. Probat. mai. Tùm quia hi affectus in his, & in alijs materijs non differunt ex motivo, & ex circumstantijs possibilitatis, futuritionis, & possessionis: Tùm quia motivum desiderij prudentis est bonum intentum propositum possibile: ergo motivum desiderij, quod sit spes, est ipsum bonum propositum futurum: Cur enim ipsum bonum propositum futurum non habebit vim ad movendum desiderium, quod sit spes; si ipsum propositum possibile vim habet ad movendum desiderium efficax prudens?

11 3. Possibilis est intentio efficax salutis propositæ futuræ, quæ unicè moveatur ex Deo, vt nos beante, & vt nobis bono. Sed hæc intentio erit Theologica, quia habet motivum di-

Vinum , & non pertinet ad charitatem ;
 quia motivum charitatis est bonitas
 Dei , etsi nobis bona , *vt sibi bona* : er-
 go pertinebit ad spem. Probatur mai.
 Possibilis est intentio efficax , quæ vni-
 cè moveatur ex illa bonitate , quæ for-
 maliter per se ipsam est bona intenden-
 ti: quia hoc ipso est per se desiderabilis.
 Sed Beatitudo formalis , & obiectiva
 formaliter per se ipsam est bona inten-
 denti : ergo possibilis est intentio effi-
 cax , quæ vnicè moveatur ex Deo , vt
 nos beante. *Confirm.* Sicut fides respi-
 cit Deum revelantem , ita spes respi-
 cit Deum beantem. Sed fides ita respicit
 Deum revelantem *vt ex ipso* *vt reve-*
lante moveatur: ergo spes ita respicit
 Deum beantem , *vt ex ipso* *vt bean-*
te moveatur. Ex his patet , beatitudo
 nostram formalem , & obie-
 ctivam esse obiectum formale spei: quia
 est Deus , *vt possidendus*. Patet etiam ,
 quod Deus , *vt possidendus* per vnio-
 nem hypostaticam , esset obiectum for-
 male spei respectu creaturæ ita posses-
 suræ Deum , quia erat ipsi valde bo-
 nus : qui actus eliceretur ab eodem ha-
 bitu spei : quamvis P. Hurtado censens
 esse actum spei , dicat eliciendum ab
 alio habitu,

Obijc.

12 Obijc. 1. Intendendo nec beatitudinem obiectivam, nec formalem esse obiectum formale spei. 1. Ex Mæratio: Bonitas rei speratae est indifferens, ut speremus, vel desperemus: ergo non est motivum spei. Argumentum probat, nullum bonum posse amari propter se; quia est indifferens, ut ametur, & ut odio habeatur. Deinde quodvis motivum, quod assignes pro spe est ita indifferens. *Resp.* explicando mai. Bonitas est indifferens, ut eam speremus propter se, & de ea desperemus propter difficultatem, conc. ant. ut de ea desperemus propter se, neg. antec. *Dices:* Saltem poterimus sperare damnatis beatitudinem propter bonitatem beatitudinis: quia talis actus haberet specificativum Theologicum spei. *Resp.* In tali casu deficere specificativum spei: qui specificativum spei non est bonitas beatitudinis vt cumque; sed *ut futura*; & salus damnatorum iam non apparet futura modo sufficienti ad spem, ut dicemus disp. 3.

13 Obijc. 2. Obiectum formale fidei non est, *quod creditur*: ergo, obiectum formale spei non est, *quod spectatur*. 2. Deus ut creditus non est

amabilis per spem : ergo neque ut vi-
sus. Argumentum probat , bonitatem
Dei non esse motivum amoris , quo il-
lam amamus. *Res p. conc. antec. gene-*
raliter loquendo , neg. conseq. Dispa-
ritas est in diversitate voluntatis , &
intellectus : quia respectu actus intel-
lectus , medium est motivum , & finis
est obiectum materiale : ideo veritas
præmissarum est motivum assentiendi
veritati conclusionis , quæ est finis ; at
vero in actibus voluntatis , finis est mo-
tivum. Vel aliter , *conc. antec. neg. con-*
seq. quia obiectum formale fidei est
Deus , ut revelans : & obiectum for-
male spei est Deus , ut beans. Itaque
res sperata , quæ solum sit medium ad
finem ultimum consequendum , erit
obiectum materiale spei ; at vero res
sperata , quæ sit finis ultimus , erit si-
mul obiectum formale , & materiale :
sicut bonitas Dei propter se amata est
obiectum materiale , & formale amoris.
Ad secundum , *conc. antec. loquendo*
de ratione formalis amandi , neg. conf.
quia Deus ut creditus , & adoratus non
est Deus ut possidendus ; ideo nequit
amari amore proprio spei , quæ iux-
ta D. Thom. supra tendit in Deum ut
possi-

possidendum per beatitudinem , vel ad summum per vniōnem hypothesicām.

14 Obijc. 3. Actus spei est concupiscentia respectu Dei , & benevolentia respectu nostri : quia movetur ex complacentia in nostra bonitate: ergo motivum spei non tam est Deus, quam nostra bonitas. *Resp.* conc. cum D. Thom. spem nostram esse concupiscentiam respectu Dei , neg. esse benevolentiam respectu nostri : quia **eu**m quævis natura sit inclinata in suum bonum , bonitas obiecti propositi sufficienter movet ad illud amandum , quin moveatur ex nostra bonitate, ut patet in quovis genere naturæ. E contra , ut alteri amemus bonum , generaliter movemur ex illius bonitate , quia experientia novimus, non esse sollicitos ad amandum bonum alteri , nisi simus inclinati ad illum: cum igitur non detur inclinatio innata , requiritur inclinatio elicita , orta ex complacentia in eius bonitate. Ratio à priori est : quia bonum alterius non appetit consonum nostræ voluntati , si alter non placeat , & consequenter non est sufficiens ad moven-

dum. *Vlierius*, ad amandum alteri bonum prærequiritur cognitio bonitatis illius, generaliter loquendo, secus ad mandum nobis bonum. Sed demus, aliquem actum moveri ex nostra bonditate; si talis actus moveretur ex Deo ut beante, tanquam ex motivo sufficiensi, esset actus spei; quia appretiaret motivum spei ut sufficiens, & in eo quiesceret voluntas per tales affectum; si tamen non appretiaret illud ut sufficiens, non esset actus spei, ut dicemus de actu amante Deum propter ipsum, & creaturem propter ipsas.

15. Obijc. 4. Persona sperans est obiectum formale *cui* spei: & obiectum formale *cui* alicuius affectus ex complacentia sui movet affectum: ergo spes datur ex complacentia in persona sperante. Resp. Personam sperantem esse obiectum formale *cui* negativè, quatenus non datur a iud. obiectum *cui*; non verò est obiectum formale *cui* positivè. Itaque persona sperans est obiectum materiale *cui*: quia virtualiter amat per actum spei: siquidem verè me amat, qui vult meum bonum: sicut qui Deum colit, virtualiter eum amat, quamvis non ex motivo charitatis. Adverte ta-

men, quamvis naturali inclinatione feramur in bonum nostrum, spem non esse naturalem: quia non oritur ex inclinatione naturali detestatio efficax peccatorum, qualis debet esse spes; et si aliquatenus iuvet: sicut bona propensio, & indoles iuvat ad opera virtutis: solum ergo oritur ex inclinatione naturali aliqua simplex complacentia naturalis, vel simile desiderium inefficax in nostram beatitudinem. Vel, si velis, oritur inadæquatè ex nostra inclinatione, quæ elevetur per auxilium supernaturale: sicut elevatur intellectus ad videndum, & voluntas ad amandum Deum.

16 Obijs. 5. Palanco. Spes Theologica non est præcisè amor concupiscentiarum; sed principalius est amor, vel actus pertinens ad partem irascibilem. Sed amor, vel actus principalius pertinens ad partem irascibilem, quam concupisibilem, non potest habere pro ratione formalis bonitatem divinam ut nobis convenientem; sed potius debet habere pro ratione *sub qua* rationem victricem difficultatum: ergo. Minor patet: quia ratio formalis *sub qua* partis irascibilis, non potest esse eadem cum

ratio-

ratione formalis sub qua partis concupisibilis. Prob. mai. Virtus spei ex natura sua est aggressiva difficultatum, & victrix impedimentorum. Sed huiusmodi virtus potius pertinet ad partem irascibilem, quam concupisibilem: ergo. 2. Spes non est virtus tendens circa bonum conveniens utcumque; sed circa bonum convenienter, & arduum. Sed circa tale bonum non exercetur virtus concupisibilis; sed irascibilis: quia vis concupitiva non sufficit ad illud efficaciter appetendum: nam difficultas quasi desperare facit appetitum: ergo.

17 Resp. neg. mai. Quia spes saltem æquè primo est actus concupiscentiae, quam partis irascibilis, ut constat ex D. Thom. quest. 17. art. 4. relato, & ex eodem ibi art. 5. ad 3. Spes facit rendere in Deum sicut in quoddam bonum finale adipiscendum; & sicut in quoddam adiutorium efficax ad subveniendum. Vbi Div. Thom. principali loco ponit adipisci bonum; & secundo loco auxilium, & modum adipiscendi. Et clarius quest. 18. art. 1. Spes est in appetitu superiori, qui dicitur voluntas; non in appetitu inferiori, ad quem per-

sinec.

tinet irascibilis. Ad prob. dist. mai. Est aggressiva difficultatum ad consequendum bonum sperantis, conc. mai. aliter, neg. mai. & min. Quia respectu intendentis sibi bonum arduum, *bonum est finis*, ut dicit D. Thom. l. upr. *auxilium est medium*: præcipuum est appetere suum bonum, quod est finis, & hoc pertinet ad concupisibilem; & minus præcipuum, vel saltem non magis præcipuum, difficultates vincere, quod est medium, & hoc pertinet ad irrisibilem.
Ad 2. conc. vel permis. mai. neg. min. Solutio constat ex dictis. De arduitate postea dicemus, an sit essentialiter requisita ad spem: ideo permis. mai.

18 Obijc. 6. Amor concupiscentiæ supponitur ad spem: ergo spes non est amor concupiscentiæ. Patet antec. Nemo sperat, nisi quod præsuppositivè amat. Sed non amat illud, per se loquendo, amore charitatis: ergò. Prob. mai. Eodem modo se habent timor, & spes in ordine ad obiectum amatum, si-
 cut enim timor timet amittere bonum amatum, spes sperat consequi bonum amatum. Sed timor amittendi bonum amatum, supponit amorem talis boni: ergò. 2. Amor concupiscentiæ erga

Deum supponitur ad fidem. Sed fides præadit ad spem: ergo amor concupiscentiæ supponitur ad spem. Prob. mai. Fides, qua credimus Deo, supponit piam affectionem, & amorem erga Deum. Sed hic amor non est charitatis, quæ non datur ante fidem: ergo.

19 Resp. neg. ant. Ad prob. dist. mai. Nemo sperat, nisi quod præsuppositivè amat simplici complacentia, vel desiderio præcisè tali, quod solum petit bonum possibile, permit. mai. affectu efficaci boni futuri nobis, &, si velis, ardui, neg. mai. Quia non est, cur quis non speret bonum placens, quod proponitur futurum, &, si velis, arduum. Ad prob. Permis. mai. Quod eodem modo se habeant quoad aliqua: quia nescio, cur eodem modo se debent habere quoad omnia. Dist. min. Timor supponit amorem complacentiæ, per se Joquendo, conc. min. amorem complexum, neg. min. Quia licet frequenter supponatur amor efficax ad timorem (& ideo dixi spem, & timorem convenire quoad aliqua; nescio tamen, ut quid quoad omnia) per se tamen sufficit complacentia in bono ad timorem. Ad 2. neg. mai. Ad prob. conc. mai.

De pia affectione; & permissa de amo-
re aliquo erga Deum, & conc[min]eg.
conf. Quia ille amor nec est amor cha-
ritatis, nec concupiscentiæ; sed alterius
speciei importatæ in pia affectione: si-
cū actus Religionis, quo amatur cul-
tus Dei propter eius excellentiam est
aliquis amor Dei, & nec est charitatis,
nec concupiscentiæ; sed alterius virtu-
tis importatæ in Religione, vel Reli-
gionis.

20 Obijc. 7. Potest manere actus
concupiscentiæ erga Deum, dum nec
manet, nec potest manere actus spei:
ergo spes non est actus concupiscentiæ.
Prob. ant. In Beatis manet fruitio, &
gaudium de possessione Dei ut sibi bo-
na, qui est amor concupiscentiæ. Sed
non manet, nec potest manere actus
spei: quia *spes qua videtur non est spes*:
ergò. 2. Amor cōcupiscentiæ est com-
petibilis, imò annexus gaudio de bono
posseſſo, quia sibi bono. Sed spes est in-
compatibilis cum gaudio de bono spe-
ſato: ergò. 3. Quia, vt ex dictis con-
flat, actus concupiscentiæ, & actus spei
habent diversas rationes formales spe-
cificativè. Resp. diff. mai. Potest mane-
re actus concupiscentiæ, qui sit deside-

rium boni futuri, & si velis, ardui, Dum non potest manere spes, neg. antec. alias actus concupiscentiæ, conc. antec. Ad prob. conc. mai. & permis. vel conc. min. neg. conseq. Quia nos non identificamus spem cum quolibet actu concupiscentiæ; sed cum actu supernaturali concupiscentiæ de bono nobis, *quia nobis bono*, non ut possibili præcisè nec ut possesso; sed ut futuro, & si velis, arduo. Hinc constat ad secundum, & ad tertium. An verò gaudium de bono possesso, quia nobis bono, pertineat ad spem, licet non sit actus strictæ, spei, dicemus infra.

21 Si insistas ex D. Thom. I. 2. q. 40. art. 4. ad 3. Desperatio supponit desiderium, sicut spes, de bono enim, quod sub desiderio non cadit, nec spem, nec desperationem habemus: ergo spes supponit amorem concupiscentiæ, qui sit amor complexus efficax. Resp. conc. vel permis. antec. Quia nescio cur non possit sperari bonum nobis futurum, si præcesserit sola complacentia. Dist. conseq. Spes supponit amorem concupiscentiæ, qui non sit desiderium boni futuri, & si velis, ardui, conc. conseq. qui talis sit, neg. conseq. solutio constat ex dictis. Obijc.

§. I.

22 Obijc. Intendendo Deum , seu beatitudinem obiectivam non esse obiectum formale spei. 1. Ex Durando ea, quæ supposito differunt , non sunt immediate alijs convenientia ; sed solum medio aliquo accidenti , vel effectu ab ipsis producتو: sic Sol est bonus ratione lucis , & caloris : ignis ratione caloris : cibus ratione saporis : ergo non sunt amabilia immediate proprietate , sed propter aliud ; qua ratione deberent a mari amore spei. *Res p. neg.*
mai. quia ea , quæ supposito differunt , possunt esse immediate convenientia: sic possessio , & dominium divitiarum , & servorum , quod essentialiter includit divitias , & servos , sunt immediate bona : quod autem Deus sit bonus media visione , non tollit esse immediate bonum : sicut forma est immediate bona subiecto : & verbum est immediate bonum humanitati , & talia sunt media visione.

23 Obijc. 2. Desiderium spei est immediate de illo bono , de quo est gaudium in patria. Sed gaudium in patria est de possessione Dei non de

de ipso Deo : ergo & desiderium spei
2. Amor , quo amamus servos , quia
nobis bonos , non solum habet ser-
vos pro obiecto formalis ; verum ne-
que pro obiecto materiali amato : quia
possimus amare servos , quia nobis
bonos , seu possessionem servorum , &
odio habere servos : ergo sola posses-
sio est obiectum formale. *Resp.* conc.
mai. neg. min. Quia in patria non so-
lum gaudemus de possessione ; sed
etiam de ipso Deo , ut nobis bono : si-
cuit gaudium de possessione divitiarum
etiam est gaudium de divitijs : & gau-
dium de iustificatione ; non solum est
gaudium de vnione; sed etiam de forma
iustificante. *Ad 2.* Verum est , nos pos-
se amare possessionem servorum amo-
re concupiscentiae : & odio habere
servos : quia odium solum opponitur
cum amore benevolentiae ; dum tamen
amamus servos , quia nobis bonos ,
etiam illos amamus amore concupis-
centiae. Itaque eatenus possessio est
nobis conveniens ; quia bonum posses-
sum est nobis conveniens : *Quin con-*
venientia possessionis separari possit à
convenientia boni possessi. Si tamen
amemus visionem , non quia est possessio

Dei ; sed quia est manifestatio illarum veritatum , Deus non esset obiectum immediatum amoris : sicut non est obiectum immediatum amoris volentis cultum Dei.

§. II.

24 Obijc. 1. Intendendo , beatitudinem formalem non esse obiectum formale spei. Actus spei est pure , & simpliciter Theologicus , & non mixtus ex Theologico , & non Theologico. Sed si moveretur ex Deo , & visione , esset mixtus : quia esset Theologicus , qua parte moveretur ex Deo ; & non Theologicus qua moveretur ex creatura , seu ex visione: ergo non moveretur ex beatitudine formalis. Vel saltim si moveretur , non erit tam Theologicus , quam si moveretur ex solo Deo. Confirm Actus , qui partialiter moveretur ex Deo , & ex creatura non esset charitatis Theologicæ : ergo actus qui moveatur ex Deo , & ex creatura , non erit spei Theologicæ. Resp. Talem actum esse Theologicum , & pure Theologicum , & tam Theologicum , ac si moveretur ex solo Deo : quia ea , quæ consistunt in indivisiibili , non admittuntur de Spei , & Char.

tunt magis, & minus: cum autem actum
esse Theologicum sit moveri ex motivo
divino, & hoc habeat, licet partialiter
moveatur ex motivo creato, hinc est
esse pure, & simpliciter Theologicum:
sicut actus fidei, qui moverur ex autho-
ritate, & revelatione creata, est pure,
& simpliciter Theologicus; & visio Dei
est pure, & simpliciter supernatu-
ralis, quamvis ad eam concurrat poten-
tia naturalis: non alia ratione, nisi
quia de ratione supernaturalis est, quod
sit supra vires effectivas naturae, quod
verificatur, si exigat, aliquod princi-
pium esse supernaturale. *Ad confirm.*
Agentes de charitate dicemus, charita-
tem pro alijs virtutibus Theologicis
exigere, obiectum formale esse adae-
quare Theologicum: quia est con-
gruum excellentiae charitatis praे alijs
virtutibus.

25 Obje. 2. Si visio potest esse
obiectum partiale spei, poterit esse ob-
iectum totale respectu alicuius actus
spei: quia virtus, cuius motivum est
complexum ex pluribus partibus, po-
test quamlibet respicere seorsim: ideo
diximus, revelationem se sola posse
movere assensum fidei circa revelatio-
nem,

nem. Sed visio non potest esse motivum totale actus eliciti ab spe: quia hic, ut potè non habens motivum divinum, non esset Theologicus. & spes non potest elicere actum non Theologicum: ergo visio non potest esse obiectum partiale spei. *Resp.* Visionem posse esse motivum totale alicuius actus eliciti ab spe: quia licet spes non possit efficere actum non Theologicum non respicientem obiectum formale spei: siquidem noua habet titulum illum eliciendis benè potest elicere actum non Theologicum respicientem motivum spei; ut diximus de habitu fidei, qui potest elicere esse usum revelationis proprius ipsam, qui assensus non est Theologicus.

26 Obijc. 3. Obiectum formale spei est Deus ut nobis conveniens. Sed Deus se ipso est nobis conveniens, se habentes tanquam conditione visione Dei: ergo solum Deus est obiectum formale spei. *Resp.* dist. mai. Obiectum formale spei est Deus ut nobis conveniens, ut quod, & ut quo, conc. mai. ut quod precise, neg. mai. & dist. min. Deus se ipso est nobis conveniens, ut quod, conc. min. ut quod, & ut quo, neg. min. & cons. sicut forma dealbat, ut

quod, vno tamen non solum se habet
ut conditio; sed ut constitutivum esse-
ctus albi, quia dealbat, *ut quo*. Similiter
accidit in effectu Sancti, & in effectu
convenientis in actu secundo subiecto:
sic visio, quæ est possessio, & vno Dei
conveniens creaturis non se habet ut
conditio; sed ut constitutivum huius
effectus *conveniens* creaturis.

§. IIJ.

27 Occasione huius argumenti
Petrus Hurt. disp. 97. sect. 7. movit
aliam quæstionem: An solus Deus seor-
sim à visione, possit esse obiectum for-
male adæquatum alicuius actus strictæ
spei? Ratio dubitandi est: quia Deus se
solo habet vim sufficientem ad moven-
dum desiderium sui: cum ergo actus
spei sit liber, liberum erit speranti, se
movere, iam ex sola Deitate, iam ex
ea, & visione. Affirmat Ripald. disp. 23.
à num. 49. vbi varijs authoritatibus in-
tendit suam persuadere sententiam. Ne-
gat Hurtad. quia iudicat, talem actum
futurum esse charitatis. Media tenenda
est via.

28 Dico igitur, solum Deum non
posse

posse movere actum strictæ spei. Quia cum finis actus spei sit Deus ut possidens in actu secundo , seu ut in actu secundo beans , & finis intentionis sit eius obiectum formale: hinc est, Deum ut in actu secundo beantem, qua ratione includit visionem , esse motivum strictæ spei ; at vero solus Deus ut nobis conveniens potest esse motivum simplicis complacencie, gaudij, & actus, qui non sit strictæ spei : quia Deus solus sufficientem vim habet ad excitandos similes affectus , qui iuxta dicta, sunt concupiscentiæ, & non charitatis. Ad modum quo , quia motivum fidicetur est Deus ut revelans , hoc coniunctum est motivum necessarium ad actum strictæ fidei; & sola authoritas potest movere actum fidei minus strictum.

29 Notandum est quod advertit Ripald. Fore actum spei , qui intendet naturam divinam , ut possidenda seorsim ab attributis negativè: & attributa seorsim ab essentia , præsertim si vera sit sententia Scoti afferentis , posse videri essentiam sine attributis, & unum attributum sine alio , & solam visionem essentiæ esse beatitudinem essentialem. Ratio est : quia quivis ex his actibus

moveretur ex Deo ut possidendo , & ex Deo ut beante, essentialiter , aut integraliter : actus tamen, qui moveretur ex beatitudine integrante, seu ex Deo, ut integraliter beante, esset actus secundarius spei ; & actus, qui moveretur ex Deo, ut essentialiter beante, esset actus primarius : quia obiectum primarium intentum per spem , est Deus ut essentialiter beatus ; vnde omnia attributa, & omnipotentia , ut possidenda pertinet ad motivum spei.

SECTIO IIJ.

An omnipotentia ut auxilians sit obiectum formale spei?

30 **D**Ico 1. Omnipotentiam ut auxiliantem , quo nomine intelligitur etiam fidelitas , & misericordia, non esse obiectum formale necessarium , inadæquatum adhuc, spei. Prob. Omnipotentia ut auxilians non est obiectum formale necessarium spei , prout spes est intentio beatitudinis ; non prout spes tendit eum securitate: ergo ex nullo capite est obiectum formale necessarium spei. Probat. mai. quoad

quoad prim. part. Obiectum formale intentionis, ut talis, est finis intentionis. Sed finis intentionis contentæ in spe, non est omnipotentia, ut principium auxiliorum, & beatitudinis; sed totus Deus, ut obiectum possidendum: ergo omnipotentia, ut auxilians, non est obiectum formale intentionis, seu spei, ut intentio est. Min est certa; mai. prob. ex D. Thom. hic quæst. 17. art. 4.
Spes duo respicit, scilicet bonum, quod obtinere intendit, & auxilium, per quod illud bonum obtinetur: bonum autem quod quis sperat possidendum, habet rationem causa finalis: auxilium autem, per quod aliquis spera illud bonum obtinere, habet rationem causa efficientis. 2. Obiectum formale desiderij, ut talis, est beatitas obiecti desiderati; non verò principium, à quo obtineri potest tale obiectum. Sed spes, ut intentio est, non differt à desiderio: ergo obiectum formale spei, ut intentio est, non est omnipotentia, ut principium, à quo obtineri potest beatitudo; sed beatitas ipsius beatitudinis.

31 Respondet Albendas sup. sect. 4 num. 53. distinguendam esse duplicem intentionem efficacem finis: aliam finis

Secundum bonitatem, quam habet in esse consequibilis per media; & finis bonitas est motivum huius intentionis: aliam intentionem finis secundum bonitatem, quam habet in esse consequibilis per victoriā difficultatum; & motivum huius intentionis non est sola bonitas finis: quia sola bonitas finis non allicit sufficientē voluntatem ad prosequendum finem per media ardua: cum non sufficiat bonitas finis, ut erigatur animus. Vnde motivum huius intentionis, & erectionis erit vnicum illud, ratione cuius voluntas habet vincere difficultates, quod est *omnipotentia*, ut auxilians. Ideo sic redarguit contra nos: Bonitas finis prout intenti per actum, est obiectum formale actus. Sed bonitas finis intenti per actum spei est victoria difficultatum: quia spes pertinet ad irascibilem, cuius est vincere difficultatem: ergo bonitas victoriæ erit obiectum formale spei. Sed bonitas victoriæ non exprimitur in bonitate Dei, ut nobis bona; sed in omnipotentia efficienti consecutionem beatitudinis: ergo hæc, & non illa, erit motivum spei:

32 Hæc solutio miscet aliqua difficultia. Mitto, falsum esse, obiectum

forz

Formale actus esse bonitatem finis prout intenti : quia finis prout intentus includit intentionem , & intention non est obiectum formale sui ipsius; sed quia in minori iam loquitur de bonitate finis specificative sumpti. Contra primo. Per te bonitas victoriae est finis, & obiectum formale secundae intentionis, quæ est intentio reperta in spe. Sed bonitas victoriae distinguitur ab *Omnipotentia*, ut auxiliante : ergo obiectum formale huius intentionis, distinguitur ab *Omnipotentia*, ut auxiliante. Prob. min. Bonitas victoriae est bonitas consecutionis difficultis. Sed consecutio difficultis distinguitur ab *Omnipotentia*, ut auxiliante: ergo. Prob. min. Quod est medium ad consecutionem difficultem , distinguitur à consecutio ne difficulti. Sed *Omnipotentia*, ut auxilians est medium ad consecutionem difficultem : ergo. 2. Quod est medium ad consequendum finem intentionis solum habet bonitatem utilitatis , non vero bonitatem finis , nec obiecti formalis respectu talis intentionis. Sed *Omnipotentia*, ut auxilians , est medium ad consequendam victoriæ difficultem: ergo non habet rationem finis , nec obie-

Si formalis respectu talis intentionis:
Min. patet: quia *Omnipotentia, ut auxilians*, solum est nobis mediatae bona
quatenus confert auxilia, medijs quibus
consequamur victoriam difficilem.
Quæ addit de erectione animi, conclusione
sequentí melius solventur.

33. Prob. 3. Amor strictus, desiderium, intentio, & gaudium conueniunt in obiecto formali cum solo
discrimine; quod gaudium est de bono possesto; intentio de bono possibili,
aut futuro; amor strictus de bono praesidenti à possibili, & impossibili. Sed
gaudium solum habet pro obiecto formali rem possessam; non vero principium,
neque medium, quo acquisita est: ergo intentio solum habet pro obiecto formali, saltim necessario rem
possibilem, aut futuram; non principium, neque medium eam acquirendi.
Min. experientia cuique patet. 4. Causa effectiva formæ, ad quam tendit motus,
non est obiectum formale motus. Sed omnipotentia est causa effectiva
consecutionis salutis, ad quam tendit motus spei: ergo omnipotentia non est
obiectum formale spei. Prob. mai. Quia
ignis est causa effectiva caloris, ad
quem

quem tendit calefactionis motus , ignis non est causa formalis motus calefactionis , & sic de quavis causa effectiva : ergo &c. Probari etiam solet conclusio : non minus pendet pœna inferni à iustitia Dei , quam beatitudo ab omnipotentia. Sed timor pœnæ non habet pro obiecto formalí iustitiam Dei , neque est Theologicus , & minus elicitus ab habitu spei : ergo neque spes salutis habebit pro obiecto formalí omnipotentiam. Verum min. qua facilitate ponitur , negatur ab Adversarijs.

34 Probat. Iam contra Ripald. & Albendea : *Omnipotentiam non esse materialium necessarium spei , ut secure tendens.* Desiderium beatitudinis ut nobis bonæ , non habet pro obiecto formalí necessario omnipotentiam , vt potentem auxiliari : ergo neque spes , ut securè tendens habet pro obiecto formalí necessario omnipotentiam , vt auxiliantem. Prob. conseq. Non minus requiritur ad prudenter desiderandum aliquod bonum , omnipotentia potens dare esse bono desiderato , quam securitas omnipotentiæ auxiliantis ad securè desiderandum tale bonum : ergo si desiderium prudens beatitudinis nom-

habet pro obiecto formalī necessariō omnipotentiam , vt potentem dare beatitudinem , sed solum eam requirit tanquam conditionem obiectivam ; spes vt securē tendens in beatitudinem non habet pro obiecto formalī omnipotentiam , vt securē auxiliaturam ; sed solum eam requirit tanquam conditionem obiectivam , seu medium , & requisitum ad securē sperandum . Prob. conseq. Primō : sicut est de ratione spei modus tendendi cum securitate exigens futuritionem beatitudinis , est etiam de ratione desiderij præcedentis modus tendendi procurativus exigens possibilitem beatudinis , & causæ parentis eam dare . Sed hoc non obstante omnipotentia , vt potens dare beatitudinem , non est obiectum formale necessarium desiderij prudentis circa beatitudinem iuxta Adversarios : ergo similiter .

35 Probat. 2. Ad securē desiderandū aliquod obiectum , sufficit obiectum esse futurum : præscindendo ab hoc , vel illo medio , quo est activē , & extirpē futurum . Sed beatitudo est formaliter fatura se ipsa : ergo ad securē desiderandum beatitudinem sufficien-

cienter movet ipsa beatitudo futura;
 Prob. mai. Qui prudenter iudicat se
 obtenturum dignitatem , quin proposi-
 nantur media , præsertim determinatè
 securè potest desiderare dignitatem.
 Item qui scit , se medijs divitijs obti-
 turum dignitatem , potest securè desi-
 derare dignitatem , quin moveatur ex
 divitijs. Et qui iudicat , salutem obti-
 nendam per Medicos , & medicinas po-
 test securè desiderare salutem , quin
 moveatur ex Medicis , nec medicinis:
 ergo ad securè desirandum salutem suf-
 ficit , salutem esse futuram formaliter.
 Prob. ant. & simul cons. Quod movet
 ad securè desirandum rem futuram ,
 est rem esse futuram , quod autem se
 habet ut conditio respectu consecutio-
 nis rei futuræ , non est necessarium ;
 quod sit motivum : alias cum beatitu-
 do non sit futura , nisi per nostra me-
 rita , & per merita Christi , imò &
 per nostram voluntatem , hæc essent
 necessarium motivum desiderij securi-
 de nostra beatitudine : ergo qui iudi-
 cat salutem , & dignitatem esse futu-
 ram , potest securè desiderare salutem ,
 & dignitatem , quin moveatur ex me-
 dijs , quibus est futura.

36 Explicatur: Ideo omnipotētia, ut auxilians, potest mōvere, & mo-
vet iuxta vos ad securē desiderandum
salutem: quia omnipotētia, ut auxi-
lians, est aliqua futuritio nostræ salu-
tis. Sed ipsa salus futura est proprius
futuritio salutis, ut supponimus ex
Philosophia: quia hæc est futuritio
formalis, & illa activa: ergo ipsa sa-
lus futura sufficienter potest mōvere ad
securē desiderandum salutem. 2. Ad
secure iudicandum salutem esse futu-
ram, sufficit, salutem esse formaliter
futuram, quin iudicentur media, qui-
bus est futura: & ipsa salus futura po-
terit mōvere hoc iudicium, quin sit
necessarium, quod media sint motivum.
Sed posito hoc iudicio, potest securē
desiderare quis salutem, ut est certum
apud omnes: ergo ad securē desideran-
dum salutem, sufficit, salutem esse fu-
turam, quin media, quibns est futura,
sint motivum necessarium.

37 Dico 2. Omnipotētia, ut
auxilians, est sufficiens, & aptum moti-
vum spei, ut securē tendentis. Prob.
primo ex D. Thom. in disp. quæst. de
Spe, artic. 1. *Sicut obiectum formale fi-
dei est veritas prima: ita obiectum for-
male*

male spei est auxilium divina potestatis.
 Et ad quartum: *Dicendum*, quod *spes secundum quod respicit obiectum formale, quod est auxilium divinum, est dispositio perfecti.* Et artic. 4. *Spei secundum quod, est virtus Theologica obiectum formale, est auxilium divinum, cui inheret,* & si enim tract. de Spe supra, vbi acutius rem examinat, dicat, ipsam beatitudinem futuram habere rationem motivi, & omnipotentiam rationem causæ efficientis: in his locis aperte dicit, omnipotentiam, vt auxiliantem, esse obiectum formale spei, vt est *virtus Theologica.* Sed hoc saltē probat omnipotentiam, vt auxiliantem, esse motivum sufficiens spei, vt securè tenuis: ergo tale est.

38 Prob. 2. *Omnipotentia, vt auxilians, est futuritio causalis, activa, & radicalis salutis futuræ.* Sed ad securè desiderandum salutem, sufficit eius futuritio causalis, activa, & radicalis: ergo omnipotentia, vt auxilians, est sufficiens motivum ad securè desiderandum salutem. Prob. min. *Futuritio causalis, activa, & radicalis sufficit ad movendum iudicium de consecutione secura salutis.* Sed posito præcisè hoc
iudi-

iudicio ; possumus securè desiderare salutem : ergo ad securè desiderandum salutem, sufficit futuritio causalis, activa , & radicalis salutis. Prob. conseq. Illud est sufficiens motivum desiderij cum securitate , quod rogati , cur securè desideramus , possumus dare pro ratione sufficienti. Sed rogati possumus dare pro sufficienti ratione futuritionem activam , extrinsecam , & radicalem : ergo est sufficiens motivum.

39 Obje. i. Intendens omnipotentiam , vt auxiliantem , esse motivum necessarium spei , vt securè tendentis. Illud est motivum necessarium spei , vt securè tendentis , quod rogati , cur securè desideremus ; daremus pro ratione ; sed rogati cur securè desideremus , daremus pro ratione : Quia Deus potens , fidelis , & misericors auxiliaturus est nobis : ergo omnipotentia , vt auxilians , est motivum necessarium spei , vt securè tendentis. Prob. min. Ægrotus rogatus , cur desideret salutem ? Resp. Qua est bona. Rogatus , cur eam speret , seu desideret cum securitate ? Resp. Quia adest optimus Medicus ; & medicinæ : ergo similitèr. Confirm. In Scriptura frequenter hortamur sperare in

in Deo; immo spes humana in eo videtur differre a divina: quia haec ntitur auxilio divino, & illa auxilio humano: ergo auxilium divinum est motivum necessarium spei divinæ.

40 Resp. dist. mai. Illud est motivum necessarium, quod, rogati de fundamentis, medijs, aut conditionibus, daremus pro ratione, neg. mai. Quia si non regant de motivo formalí; sed de fundamentis radicalibus, & remotis, & conditionibus, quod daretur pro ratione non erit motivum formale, sed conditio; sic potest rogatus aliquando reddere pro ratione sperandi merita Christi, & propria merita; & haec non sunt motivum formale. Sic rogatus, cur ignis cremet lignum? potest respondeare, quia datur approximatio, & ignis est combustivus, & hoc non est motivum comburendi; sed causa, & conditio ad comburendum. Illud est motivum necessarium, quod rogati de motivo formalí daremus pro ratione necessaria, conc. mai. quod daremus pro ratione sufficienti, non tamen necessaria, neg. mai. & dist. min. daremus pro motivo sufficienti omnipotentiam auxiliantem, conc. min. pro motivo ne-

cessario , neg. min. & cons. Ad prob. dist. ant. Ægrotus rogatus de fundam-
entis remotis , & medijs , cur deside-
ret salutem cum securitate ? Responde-
ret, quia adest optimus Medicus, conc.
ant. rogatus de motivo formali, subdist.
rogatus de motivo sufficienti, conc. ant.
de motivo necessario, neg. ant. quia ip-
sa salus , quæ ijs medijs prævidetur fu-
tura , est sufficiens motivum. *Ad con-*
firm. Rectè hortamur in Scriptura ad
sperandum in Deo: quia Deus ut auxi-
lians est sufficiens motivum. Item spes
humana differet ab spe divina : quia hæc
naturam auxilio divino, sumpta differen-
tia latè pro fundamentis remotis spe-
randi, & sumpta etiam pro motivo suf-
ficienti.

41 Dices , iuxta hanc doctrinam:
Nostra merita , preces Sanctorum , &
merita Christi erunt etiam sufficiens
motivum sperandi : quia reddunt salu-
tem a etiè futuram. *Resp.* conc. seque-
lam minimè absurdam quoad desideran-
dum cum securitate : principaliter tam-
en speramus in Deo , qui est causa
principalis nostræ salutis, & in meritis
Christi : authoritates D. Thom. dicen-
tes , auxilium divinum esse obiectum
fore

formale spei, ut securè tendentis, intellegendæ sunt de motivo sufficienti; non de motivo necessario propter nostras rationes. Si autem insistas; Deficiente omnipotentia, ut auxiliante, deficere motivum necessarium spei; quia deficiet futuritio salutis. Respondendum est, deficiente realiter omnipotentia, ut auxiliante, deficiet illativè motivum necessarium spei; quia ex defectu omnipotentiae argueretur defectus futuritionis formalis; & deficiet formaliter futuritio illativa salutis consistens in omnipotentia ut auxiliante; deficiente tamen per rationem negativè omnipotentia, ut auxiliante, hoc est, non cognita omnipotentia, ut auxiliante staret, seu non deficeret per rationem motivum necessarium spei, quia adhuc posset cognosci futuritio formalis salutis.

42 Dices: Spes, ut securè tendens respicit salutem, ut assequibilem. Sed auxilium reddit salutem formaliter assequibilem: ergo respicit tanquam motivum necessarium auxilium divinum.

2. Ex Albendea, spes non solum respicit obiectum ut assequibile; sed etiam ut assequibile alieno auxilio: ex quo capite distinguitur à magnanimitate:

ergo alienum auxilium est obiectum formale spei, saltem ut distincte à magnanimitate. Sed hoc est auxilium divinum: ergo &c. *Resp.* conc. mai. nego min. Quia futuritio formalis rei non consistit in præparatione causalium, nec in decreto; sed in ipsis rebus futuris; & futuritio formalis est assequibilis formaliter. *Ad 2.* permis. quod spes prout distincta à magnanimitate respiciat auxilium alienum, hoc non est prædicatum primarium spei: quia prædicatum primarium spei est desiderium salutis cum securitate; reliqua vero, ut erectio animi; & similia sunt prædicata secundaria, quæ supponunt spem constitutam in ratione virtutis; ut autem aliquid sit obiectum formale virtutis, non sufficit, quod ab eo sumat virtus aliquod prædicatum; sed requiritur, quod illud prædicatum sit primarium, & constitutivum virtutis in esse talis: ideo quamvis spes sumat ab arduitate creationem animi, arduitas sumpta pro difficultate non est motivum spei. Idem accidit in respectu ad alienum auxilium. Argumentum instatur in Adversarios. Spes respicit bonum, ut nostrum, & bonum formaliter constituitur in esse

esse nostri , & possensi per visionem , &
tamen iuxta ipsos non respicit prima-
rio, neque formaliter visionem : quia,
ut aiunt , visio non attingitur , nisi ut
conditio boni formaliter terminantis.

43 Insistit: Affectus respiciens bo-
num, ut assequibile , respicit , ut moti-
vum id , à quo provenit consequibili-
tas boni. Sed consequibilitas salutis
provenit ab omnipotencia, ut auxiliante
: ergo illam respicit tanquam moti-
vum. 2. Affectus intentione tendens,
ut vincat impedimenta retardantia bo-
num , intrinsecè movetur ab eo , per
quod illa vineit. Item affectus intrinse-
cè tendens ad consecutionem boni vin-
cendo arduitatem , intrinsecè movetur
ab ea forma , quæ vincit arduitatem,
qualis est omnipotentia auxilians : &
talis est actus spei: ergo &c. Prob.mai.
Affectus, qui intrinsecè est erexit ani-
mi adversus difficultates retardans co-
secutionem boni , formaliter moverur
à forma , quæ præstat tales vires. Sed
talis est actus spei. Confirm. Affectus
intrinsecè , & ex differentia specifica
recedens à modo difficulti , habet pro
motivo formali id , quod retardat : ut
patet in desperatione , quæ consistit in

nolitione beatitudinis, quia arduæ: ergo affectus intrinsecè , & ex differentia specifica efficacitè accedens ad bonum difficile, qualis est spes, habet pro motivo id, quod vincendo difficultates iuvat ad consecutionem boni. Prob. cons.
 Quia accelerus , & recessus sicut opponuntur in se ; ita opponuntur in motivis , alter movetur à difficultate , reddendò bonum non futurum ; aliter à victoria difficulti reddendo bonum futurum.

44. Vrget: Accessus ad bonum difficile consequendum intrinsecè moveatur ab eo, quod excludit motivum sufficiens , & requisitum ad desperationem , nempè difficultatem consequendi bonum; sed quoq; excludit motivum sufficiens , & requisitum ad desperationem , est id, quod vincit difficultates: ergo hoc est motivum spei. Quod vincit difficultates est omnipotentia : ergo ab hac moveatur spes. Confirm. Ex Trid. sess. 6. cap. 13. In Dei auxilio firmissimam spem collocare , & reponere omnes debent : ergo spes necessario debet esse erectio animi securè tendens innixa in auxilio divino ; ut ait Trid. ibi cap. 6. In spem eriguntur fidentes , Deum sibi

propitium fore per Iesum Christum. Hinc addit, omnipotentiam esse non solum motivum necessarium spei; sed adæquatum: quia affectus, qui ex essentia sua est erectio animi adversus difficultates, formaliter movetur à potestate illa, que vincit difficultates: ergo affectus, qui adæquate est talis erectio animi, adæquate movetur à tali potestate. Sed spes Theologica est adæquate erectio animi: ergo &c. Hæc simul posui, ut simul solvantur.

45 Ad argumentum iam diximus, affectum respicientem bonum, ut consequibile moveri sufficienter ex consequibilitate activa, extrinseca, & radicalli, qualis est omnipotentia; at sufficienter movetur ex consequibilitate formali identificata cum bono consequibile.

Ad 2. Affectus intrinsecè habens vincere arduitatem, & impedimenta, intrinsecè moveatur, vel ab ea forma, qua activè vincit, quæ præstat vires physicas, quæ est omnipotentias; vel qua obiectivè præsupposita vincit, quod est ipsius bonum consequibile, quod præstat vires intentionales. *Ad confirm.* Actus reecdens intrinsecè à bono, habet pro motivo id, quod retardat

'constituendo non futuritionem illativam,
 vel formalem : & similitè actus, qui est
 intinsecè acceſus, habet pro motivo
 oppositum, scilicet futuritionem illati-
 vam, vel formalem, iuxta dicta. Inde
 conſtat ad virginem iam: actum, qui est ac-
 ceſus, habere pro motivo futuritionem
 illativam, vel formalem, quæ vincit diſ-
 ſicultates, alia physicè, alia obiectivè.
Ad confirm. Omnes debemus collocare
 spem in Deo, ut auxiliante, vel tāquam
 motivo, vel tanquam conditione obie-
 ctiua necessaria: quia necessarium est,
Deum auxiliare, ut salus sit formaliter
 futura. Ad id, quod addit, respondeo:
 Affectum vincentem difficultates for-
 maliter moveri à potestate illa, quæ ob-
 jectivè, vel activè vincit difficultates;
 & obiectivè eas vincit futuratio forma-
 lis salutis; activè vero futuratio illativa.
 Et permitta falsa consequentia: quia
 actus indivisibilis potest habere duplex
 obiectum, adeòque actus adæquate est
 respectus ad unum obiectum, & non
 moveri adæquate ab illo. Visio Dei
 adæquate est supernaturalis, & nō pro-
 eedit adæquate à principio supernatu-
 rali, & sic de alijs. Sed illa omissa, dico
 adæquate moveri à potestate, quæ
 obie-

obiectivè , vel activè erigit animam
modo dicto .

46 Iam difficultas esse potest inter
Authores nostræ sententiæ : An actus
desiderij securè tendens circa obie-
ctum , non habens aliud motivum di-
vnum , quam omnipotentiam , ut auxi-
liantem ; sit actus spei Theologica? Possibiles esse tales actus , est certum
quia possumus desiderare gratiam , re-
missionem peccati , dona supernatura-
lia , imò & temporalia habendo pro
motivo bonitatem donorum , & om-
nipotentiam : & hic actus est Theologi-
cus : quia movetur ex motivo divino:
ergò &c. Nostri cum Arriaga com-
munitè negant , tales actus esse stri-
ctè spei : quia , ut aliquid sit obie-
ctum formale , non sufficit , quod ab
illo accipiat virtus aliquod prædicatum
secundarium , sed requiritur , quod
accipiat prædicatum primarium consti-
tuens illam virtutem in esse virtutis.
Ideò quia ab arduitate obiecti accipit
spes esse erectionem animi , quod est
prædicatum secundarium , arduitas
sumpta pro difficultate non est moti-
vum . Et quamvis ab absentia sumat
actus esse intentionem , potius quam

gaudium, absentia non est motivum: cum ergo in casu nostro actus non accipiat ab omnipotencia praedicatum, *intentio salutis*, *ut nobis bona*, constituens spem in esse virtutis distinctæ à charitate, & virtutibus moralibus; sed solum predicatum securè tendentis, distinguens actus virtutis inter se, v. gr. amorem strictum, seu complacentiam, gaudium, & desiderium, hinc dicunt; omnipotentiam non esse sufficiens motivum. Secundo, amor strictus, gaudium, & desiderium circa obiectum primarium cuiusvis virtutis habent idem motivum. Sed hi actus non moventur ex omnipotentia, ut auxiliante: ergo hæc non est motivum sufficiens ad specificandam virtutem. Tertio, ut est commune axioma ex Arist. & Div. Thom. *virientes specificantur ex finibus*, & finis spei est Deus *ut nobis bonus*: ergo quodvis aliud motivum, & si divinum, non est specificativum spei.

47 Dico: Omnipotentiam, ut auxiliantem, posse adæ quate specificare actum spei. Prob. I. Ex D. Thom. quæst. de spe, art. I. *Sicut obiectum formalis fidei est veritas prima... ita obiectum formalis spei est auxilium divinum.*

num. Et artic. 4. Spei secundum quod est *virus Theologica obiectum formale* est auxilium divinum, cui inheret. Sed haec saltem probant, omnipotentiam, ut auxiliantem, esse sufficiens specificatum spei: ergo omnipotentia, ut auxilians, est sufficiens specificatum spei. Idem argumentum fit ex verbis Trident. relationis num. 37. hic revidendis.

2. Actus assentiens veritati propter ipsam est actus fidei. Idem de actu assentiendi sapientiae propter ipsam; quia assentitur motivo fidei propter ipsum: ergo actus, quo speramus omnipotentiam auxiliaturam propter ipsam auxiliantem, vel propter fidelitatem promittentem erit actus spei: quia moveatur ex motivo spei. 3. Si spes necessaria deberet specificari à nostra beatitudine, non possemus sperare spe Theologiea gratiam, remissionem peccatis dona supernaturalia, non præ intellecta beatitudine, & quin moveamur ex illa. Sed hoc est falsum: quia experientia novimus similia sperare, quin moveamur, imò, quin recordemur beatitudinis.

48 4. Cavendo solutionem: Id, à quo affectus habet prædicatum pri-

marium virtutis in esse talis , est specificativum virtutis ; sed desiderium potest accipere ab omnipotentia , ut auxiliante praedicatum secure tendentis , ut probavimus : & hoc praedicatum est primarium spei , quia est constitutivum spei propriè talis in esse talis : siquidem spes constituitur in esse talis , per esse securam tendentiam ad obiectum futurum : & hoc praedicatum non supponit spem iam constitutam : ergo omnipotentia potest esse adæquatum specificativum speci . Hinc patet disparitas ad illud de absentia , & arduitate : quia , ut aliquid sit obiectum formale actus , est necessarium , quod moveatur ex illo : cum ergo actus spei non moveatur ab arduitate , ut diximus , nec ab absentia sumpta pro non existentia nunc , sed sumpta pro existentia postea , nec arduitas , nec absentia sunt obiectum formale ; at verò desiderium secundè tendens potest moveri ab omnipotentia , ut auxiliante , tanquam à motivo sufficienti , ut diximus : ideoque potest esse obiectum formale adæquate specificativum spei .

42 Ad id , quod additur : *Virtutes specificari ex finibus , est verum iac-*
quentz

quendo de specificativo sufficienti: & est absolute verum, si finis sumatur, non in sensu physico; sed in morali: quia in sensu morali finis sumitur proportione movente: & in hoc sensu omnipotentia, quæ in sensu physico est medium, est finis in sensu morali. Ad secundum. Amor strictus, desiderium, & gaudium habent idem motivum sufficienter specificativum; quia habent eundem finem physicum sufficienter specificantem tales actus; & habent idem motivum moraliter: quia habent motivum, quo constituuntur in tali specie virtutis: quod recte componitur cum eo, quod sit physicè diversum: sicut assensus scientiæ Dei propter ipsam habet motivum physicè distinctum à motivo assensus veracitati, & revelationi propter ipsas: & hæc motiva sunt moraliter idem in ordine ad specificandum hos actus: & similiter revelationes specie physica diversæ, sunt moraliter idem in ordine ad specificandum actus credendi. Si tamen à Deo speramus salutem, & alia bona, & non propter motivum honestum, non erit actus spei strictæ, neque virtutis: sicut doce mones plura spectant à Deo & non spe-

virtuosa. Hinc infertur : desiderium beatitudinis , ut contrapositum stristæ spei , elici ab habitu spei , ut communiter tenent nostri contra Vazquez 3. part. disp. 43. Sforcia lib. 5. num. 44. Albend. disp. 4. quæst. 1. & communiter Thomistas. Quia possibilitas futuritio , & existentia motivi non variant motivum : & quia non est aliis habitus , à quo eliciantur. Petrus Hurtad. disp. 105. §. 28. dicit procedere ab eodem habitu infuso ; non verè ab eodem acquisito , qui pro diversitate actuum est diversus. Adde , habitum spei non destrui quovis peccato opposito spei ; sed solum desperatione ; sicut habitus fidei non destruitur , quoque peccato opposito fidei ; sed solum infidelitate , vel positiva hæresi , & hoc ex lege Dei , ut diximus dis-

put. 13. de fide , sect. 1.






DISPUT. II.

De obiecto materiali spei.



Biectum materiale pri-
marium cuiusvis virtu-
tis , & facultatis , seu
obiectum formale quod:
obiectum formale ter-
minativum , ratio formalis qua , seu
obiectum attributionis , est id , quod ra-
tione sui , seu præcipue respicitur à
virtute , vel facultate : obiectum mate-
riale secundarium est , quod secunda-
rio , & non ratione sui ; sed ra-
tione alterius respicitur
à virtute.



S E C T I O I.

Quodnam sit obiectum materiale spei?

1 Sup. 1. Certum esse apud Theologos, immo de fide, beatitudinem nostram supernaturalem esse obiectum materiale primarium spei. Prob. 1. Ex Matth. cap. 6. *Quare primum Regnum Dei.* Et ex alijs locis apud Suar. disp. 1 sect. 1. & 2. Illud est obiectum materiale primarium spei, ad quod querendum ordinantur omnia nostra opera. Sed omnia nostra bona opera ordinantur ad querendum beatitudinem supernaturalem: ergo haec est obiectum materiale primarium spei. 3. Illud est obiectum materiale primarium spei, quod est praecipuum bonum promissum: hoc pater, quia obiecta promissa sunt obiectum materiale spei. Sed praecipuum obiectum nobis promissum est nostra beatitudo supernaturalis: reliqua namque ad istud ordinantur: ergo nostra beatitudo supernaturalis est obiectum materiale primarium spei.

2 Sup. 2. Ex Suar. in nostra bea-

beatitudinē includi gloriam animæ , & gloriam corporis; gloria animæ est obiectum primarium , & gloria corporis, quia consequitur gloriam animæ , est obiectum secundarium. Sicut etiam quia alia sunt bona , quæ pertinent ad beatitudinem essentialem , alia , quæ ad accidentalem , & integralem : Prima bona sunt obiectum primarium spei; secunda verò ad secundarium pertinet , quia consequuntur prima.

3 Sed quia in nostra beatitudine supernaturali , & datur beatitudo formalis , & beatitudo obiectiva : difficultas est , quodnam ex his sit obiectum primariam spei ? *Prima sententia docet*, obiectum primarium spei Theologicæ non esse beatitudinem obiectivam ; sed formalem. Ita Durando in tertium, dist. 7. quæst. 2. *Secunda sententia tenet* , obiectum primarium spei esse beatitudinem obiectivam dicendo de connotato formalem. Ita ferè omnes Thomistæ. Gonet disp. 5. artic. 2. conclusione 2. Ferre quæst. 1. conclus. 2. Castillo disp. 1. quæst. 6. Salmanticensis disp. 1. Albendea disp. 3. quæst. 1. sect. 1. Palanco quæst. 1. num. 1. *Tertia sententia docet* , obiectum primarium spei , & Char.

rium spei resultare ex beatitudine obiectiva, quæ est *finis qui*, & ex formali, quæ est *finis quo*, & ex utraque finis *cu*nus gratia**, quod est obiectum primarium, quamvis beatitudo obiectiva respiciatur tanquam obiectum magis præcipuum: ita Suar. disp. 1. sect. 1. Vazq. 1. 2. quæst. 15. Meratius disp. 31. uterque Hurtad. Granad. Coninc disp. 19. dub. 3. Castro Palao tract. 5. disp. vnic. num. 6. Ovie d. controv. 2. punct. 1. & communiter nostri.

4 Placer hæc sentent. Dico 1. Deus est obiectum primarium, & præcipuum actus spei. Prob. 1. Ex Genes. 15. *Ego sum merces tua magna nimis.* Ex August. lib. 22. de Civit. cap. 30. *Premium virtutis erit, qui virtutem dedidit.* Et supra Psalm. 112. *Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium, ipse est bonum omnium, à quo omnia facta sunt bona.* Ex D. Thom. quæst. 17. *Non enim minus ab eo aliquid sperandum, quam sit ipse,* quæ authoritates ad minus probant, Deum esse obiectum primarium, & præcipuum spei. Prob. 2. Illud est obiectum primarium actus intendentis bonum, quia bonum speranti, quod est præcipuum, & pri-

marium bonum speranti. Sed Deus est primarium, & præcipuum bonum speranti: ergo Deus est primatum, & præcipuum obiectum spei. 3. Beatitudo nostra, seu Deus visus, & Deus beans, Deus possessus, est obiectum primarium spei. Nunc sic: illud est obiectum primarium, & præcipuum, quod primario, & præcipue significatur in hac denominatione, seu effectu formali; *Dens beans*, *Dens visus*, *Deus possessus*. Sed in hac denominatione primario, & præcipue significatur Deus: quia primario, & præcipue significatur forma tribuens effectum formalem, quam unio, quæ illum effectum tribuit. Ideoque dixit D. Thom. 1. 2. quæst. 11. artic. 3. ad tertium. *Finis dicitur dupliciter, uno modo ipsa res, alio modo adeptio rei*: ergo cum spes respiciat nostrum finem ultimum, altiori modo respicit Deum, qui est ultimus finis, quam visionem, quæ finis possessio est. 4. Illud est obiectum primarium, & præcipuum, quod est plenè satiativum inclinationis sperantis, & consequenter magis satiativum. Sed Deus est, qui est plenè satiativus, & consequenter magis satiativus, quam

vifio: ergo Deus est obiectū primarium;
& præcipuum spei. Minor ex se con-
flans, probatur authoritatibꝫ relatis.

5 Obijc. 1. Durandus. Actus spei
est actus concupiscentiæ. Sed Deus non
potest amari amore concupiscentiæ,
quia amaretur propter nos, quod esset
vitium, in quo est perversitas volunta-
tis, *frui vtiendis, & vii fruendis*: ergo
Deus ipse non est obiectum spei. Con-
firm. Quia ea, quæ à nobis supposito
differunt, non possunt esse nobis im-
mediate bona. In primis supra dixi-
mus, personam sperantis non esse finem
cui; sed subiectum *cui*, vel obiectum
materiale *cui*. Sed hoc admissio respon-
deo, conc. mai. neg. min. Ad probat.
dico: Deum non posse amari propter
nos, tanquam propter finem ultimum
sperantis, seu *operantis*; seu, quod est
idem, tanquam finem ultimum appre-
ciativè: quod est verè propriè esse fi-
nem ultimum; neque ita amatur prop-
ter nos per actū spei, cum potius ame-
mus Deum, quia est ultimus noster fi-
nis. At verè rectè potest amari Deus
propter nos tanquam *finis ultimus ope-
rationis*: neque in hoc est absurdum:
siquidem ipse Deus ordinat Incarna-
tionem

tionem ad nostram salutem ; & ad nos ordinamus , & propter nos amamus beatitudinem formalem. *Ad confirm.* Iam diximus quomodo ea , quæ à nobis supposito differunt, possunt esse nobis immediate bona ; tales sunt differentiae , & similia. Imò addit bene P. Hurtado , quod et si mediata solum esset nobis bonus , posset immediata desiderari per aliquem actum , sicut immediata potest desiderari medium remotum.

6 Obijc. 2. Obiectum spei debet esse futurum , præmium , & effectus nostrorum meritorum . Sed Deus non est futurus ; sed præsens : neque est effectus nostrorum meritorum : ergo non est obiectum spei . Hoc probat , nullum posse sperare pecunias , nisi denuo creandas . *Resp.* Obiectum spei non debere esse futurum quoad entitatem ; sed ea ratione , qua desideratur , & eadem ratione est effectus nostrorum meritorum ; cum ergo per spem desideretur Deus ut possidendus , & ita sit futurus , & effectus meritorum , potest esse obiectum spei . Et etiam quoad possessionem , est bonum arduum ; non quoad existentiam , & intendimus illius consecutionem , & Deum , ut possidendum .

6 Obijc. 3. Idem est obiectum spei, ac delectationis, quæ succedit ad spem. Sed delectatio est de sola possessione; non de Deo: quia idem est obiectum delectationis, & tristitia; & tristitia non est de Deo, ut nobis malo secundum se; sed de malo creato, quod causat: ergo delectatio non est de ipso Deo secundum se; sed de bono, quod causat. Item: idem est obiectum spei, ac desperationis: & Deus secundum se non est obiectum materiale desperationis; sed sola beatitudo formalis. *Resp.* Obiectum materiale delectationis non esse idem, ac obiectum materiale tristitiae: quia tristitia solum est de malo, & Deus nullo modo potest nobis ita conjungi, vt sit nobis immediatè malus per suam entitatem. *Etsi enim* peccatores dolere possint de Deo vt amissio: cum tamen hic dolor non sit displicantia in Deo; sed solum in eius amissione, solum amissio est obiectum tristitiae. Et licet Vazquez num. 36. dicat, quod illi, cui molestum esset cogitare de Deo, Deus cogitatus esset in mediata malus: quia talis cogitatio est quædam possessio. Quidquid sit an cogitatio sit possessio, Deus non est illi inmediatè malus;

Ius ; sed quia ille homo esset malè affectus erga Deum , ægrè ferret eius cogitationem : & cogitatio , & malus animus eum immediate torquerent ; non verò Deus formaliter . *Ad adiunctam* fateor , idem esse obiectum spei , & desperationis : quia sicut spes est volitio boni , ita desperatio est nolitio formalis , vel virtualis eiusdem boni , nolitio inquam boni , quia ardui , & impossibilis : itaque nolitio non solum terminatur ad possessionē ; sed ad ipsum Deum .

§. I.

g Dico 2. Per actum spei attingitur immediate , & tanquam obiectum primarium beatitudo formalis . Prob . Per actum spei attingitur Deus , non solum ut potens nos beare ; sed etiam ut nos beamus in actu secundo : ergo attingitur id , per quod constituitur in esse nos beatissimi : sicut per actum quo attingitur Deus , ut cognoscens , ut efficiens , ut sanctificans humanitatem , non solum attingitur Deus , ut potens cognoscere , efficere , & sanctificare ; sed etiam cognitione , actio , unio per quas constituitur in esse cognoscentis , efficiētis , & sanctifican-

ficantis. Nunc sic : Sed Deus constitutus
in esse beantibus nos in actu secundo
per beatitudinem formalem : quia praecisè
deficiente beatitudine formalis, non
beat nos in actu secundo, & quia per
cognitionem constituitur in esse cognoscentis, per actionem in esse effi-
cientis, &c. Ergo beatitudo formalis
attingitur immediate, & tanquam ob-
iectum primarium per spem. *Explicat.*
Idem obiectum attingimus per actum,
quo speramus, Deum nos beatum,
ac per actum, quo credimus, Deum
beare D. Petrum. Sed per actum, quo
credimus, Deum beare D. Petrum,
attingimus beatitudinem formalem:
quia idem est Deum beare D. Petrum,
ac D. Petrum esse beatum : ergo per
actum, quo speramus, Deum nos bea-
tum, attingitur beatitudo formalis.

9. *Confirm.* Actus spei est pro-
curativus, & causativus sui obiecti pri-
marij. Sed non est causativus Dei se-
cundum se ; sed solum Dei , ut possi-
dendi : ergo Deus , ut possidendus,
quaratione includit possessionem , est
obiectum primarium. Prob. mai. Finis
cuius gratia semper est factibilis ; ideo
dicitur cuius gratia causa finit. Sed
ebis

obiectum primarium spei est finis *cuius*
gratia: ergo est factibilis ab spe. Non
qua parte dicit finem *qui*, qui est Deus:
ergo qua parte dicit finem *quo*, qui
est possessio: ergo spes intendit causa-
re suum obiectum primarium inten-
dendo causare possessionem Dei.

10 Confirm. Ex Div. Thom.
quæst. 17, artic. 2. *Hoc autem bonum*
est visio eterna, quæ in futuritione ipsius
Dei consistit: & concludit, & ideo pro-
prium, & principale obiectum spei est
beatitudo eterna. Hinc patet, quod
possessio non est solum connotatum:
sicut quamvis albedo sit forma deal-
bans; unio non est connotatum effec-
tus formalis *albi*, & quamvis causa
sit potens producere, actio non est con-
notatum effectus formalis *producens*,
& sicut per actum affirmantem effec-
tum formalem *albi*, *producens*, im-
mediatè attingitur unio, & actio, sive
in recto, sive in obliquo, de quo non
curo, ita per actum sperantem Deum
nos omnes beatum, immediatè attin-
gitur beatitudo formalis.

11 Quomodo autem spes attin-
gat tanquam obiectum præcipuum,
Deum, si immediatè, & indivisibili4

tèr attingit beatitudinem formalem , facile percipitur , quia adoratio , qua adoramus Christum indivisibiliter terminatur ad Verbum , & humanitatem , & magis appretiat Deum , quam humanitatem . Actus , quo extimamus hominem , terminatur ad animam , corpus , & unionem , & magis appretiamus animam , quam corpus , & unionem . Similiter in effectu formali , Sancti producentis , cognoscentis , non tam extimantur unio , actio , & cognitio , quam forma sanctificans , subiectum producens , & cognoscens . Idem dicendum est de obiecto delectationis Dei , ut nos beantis : Poterit autem cognoscere , quod detur delectatio de solo Deo peccatibus ad spem , ut supra diximus de obiecto formalis spei . Patet etiam : Quod solus Deus , ut summum bonum , & plenè satiativum , est sperandum , ut summum bonum nobis in actu secundo , qua ratione includit possessionem . Vel aliter , summum bonum est sperandum tanquam satiativum , & beatis , ut quod ; possessio vero , ut quo : & virumque constituit effectum formalem beantis : præcipue Deus . & minus præcipue unio , seu possessio .

Obijc.

12 Obiectum formale
quod virtutis Theologicæ, debet esse
adæquate d'vinum; ergo si spes respi-
ceret Deum ut beatem, ly ut includen-
te in recto, vel in obliquo possesso-
nem, non esset Theologica. Prob. ant.
Quia virtus religionis respicit Deum,
ut adoratum ly ut includente adora-
tionem tanquam obiectum primarium,
non est virtus Theologica: & quia
virtus pœnitentiae respicit Deum, ut
picatum, ly ut includente pacationem
tanquam obiectum primarium, non est
virtus Theologica: ergo similitèt. Resp.
neg. ant. quia virtutes non cognoscun-
tur ex obiecto, quod, seu ex obiecto
materiali primario; sed solum ex ob-
iecto formalí quo: Quia per actum fi-
dei divinæ credimus veritates creatas,
& per actum charitatis Theologicæ
amamus creature. Ad probationem:
virtus religionis, & pœnitentiae non
habent pro motivo adhuc inadæquato
Deum, & ideo non sunt Theologicæ.
Alioquin Theologicæ essent; sicut fi-
des est Theologica, & habet motivum
inadæquatum creatum. Imò illæ virtu-
tes non respiciunt Deum tanquam ob-
iectum materiale proximum; sed solum

tanquam obiectum remotum : neque formaliter amat Deum , qui vult eius cultum ; sed solum virtualiter , quatenus vult eius bonum ; non tamen semper amaret amore charitatis ; immo licet formaliter amaret Deum , ex vi cultus , non esset ex motivo charitatis ; sed solum ex honestate volendi eius cultum : & ad summum , ex honestate amandi eius amorem , quod , ut dicimus de Charitate , non sufficit ad specificandum actum charitatis Theologicæ : quamvis frequenter , qui amorem Dei formaliter amat , moveatur ex motivo amoris .

13 Obijc. 2. Obiectum primarium spei est ultimus finis. Sed beatitudo formalis non est ultimus finis : quia ipsa creatura refertur ad Deum , qui est ultimus finis : ergo beatitudo formalis non est obiectum primarium spei. *Confirm.* Albend. Obiectum , quod quando est futurum , est propriè obiectum spei ; quando est possestum est propriè obiectum fruendum. Sed visio non est propriè obiectum fruendum : ergo non est propriè obiectum spei. *Prob.* min. ex Div. Thom. In primum ad Annibaldum dist. 1. quæst. ynnic. artic.

artic. 3. dicente de visione, non nisi
impropriè esse bonum fruendum, quia
non est bonum simpliciter ultimum.
3. Ex Palanco: ex D. Thom. hic q. 174
art. 2. *Non sperandum à Deo minus bo-*
num, quam sit ipse. Sed beatitudo for-
malis est minus bonum, quam Deus:
ergò. *Confirm.* Obiectum primarium
quod debet esse proportionatum obie-
cto formalis quo. Sed solum Deus infi-
nitus est proportionatus omnipotentię,
ut auxilianti, quæ est infinita: & est
obiectum formale quo: ergò. Totus dis-
cursus est D. Thom. suprà.

14 Resp. Obiectum primarium
spei esse ultimum nostrum finem secun-
dum quod dicit, ut *quod*, & ut *quo*, qua-
ratione includit visionem, seu beatitu-
dinem formalem: quod autem visio rea-
feratur ad Deum, solum probat, Deum
esse obiectum materiale præcipuum. *Ad*
confirm. cont. mai. neg. min. Ad preba-
dist. ant. Non nisi impropriè visio est
obiectum fruendum, facta comparatio-
ne inter ipsam, & Deum, conc. ant. ab
soluit loquendo, neg. ant. Quia locis
suprà citatis docet, visionem esse pro-
prium, & principale obiectum spei, &
consequenter esse propriè obiectum
fruendum.

Ad

15 Ad 3. dilt. mai. Non est spēdandum à Deo minus bonum , quam sit ipse , vt possidendus , conc. mai. quam sit ipse, secundum se , neg. mai. & dilt. similiter min. neg. cont. *Ad confirm.* Verum est , totum discursum esse Div. Thom. Ideò conc. mai. dilt. min. Deus infinitus , vt possidendus , conc. min. Solus Deus infinitus, secundum se , neg. min. & cons. Quia satis proportionatus est Deus , vt magis , & magis sine fine communicabilis, omnipotentiæ magis , & magis sine fine potenti auxiliare ad sui communicationem. Solutionem esse de mente Div. Thom. constat ex ipso ibi. Quia quæst. inquirenti, *Virūm beatitudiñ æterna sit obiectum proprium spei?* Respondet affirmativè. Et beatitudo æterna includit visionem. Et ibi continuando verba obiecta: *Hoc bonum est ut vita æterna , qua in fruitione ipsius Dei consistit .* Et fruictio Dei includit actum creaturæ.

15 Vnde Deus secundum omnes perfectiones, secundum quas essentialiter beat , seu quæ pertinent ad beatitudinem obiectivam essentialiem , est obiectum primarium, & præcipuum spei; secundum perfectiones pertinentes ad beaq

beatitudinem obiectivam accidentalem, est obiectum secundarium; ut supra diximus de obiecto formalis spei. Patet etiam, omnia bona creata, quæ indecentiam non dicunt, & ordinabilitia sunt ad vitam æternam, pertinere ad obiectum materiale secundarium spei: quia ut inquit August. in Enchir. cap. 114. *Ea omnia perirent ad spem, quæ in oratione Dominica continentur, ubi plurima sunt creata.*

17 An vero debeat esse promissum obiectum creatum, ut sit obiectum materiale spei? Affirmat Coninc disput. 19. num. 59. Ferre quæst. 5. Albendea disp. 2. quæst. 4. à num. 2. Quia certitudo spei non potest fundari, nisi in certitudine fidei, quæ fides non potest dari, nisi obiectum sit revelatum per divinam promissionem. Et dici potest, omnia supernaturalia promissa esse in illa revelatione generali, *quacumque orantes petetis, credite, quia accipietis.* Alij dicunt requiri promissionem, ut obiectum creatum sit obiectum primarium spei; secus, ut sit obiectum secundarium. Ripalda disp. 23. citans Mæratium, Lorcam, & Granad. dicit non requiri, obiectum esse promissum,

missum , ut possit sperari . Prob . Eatenus requireretur promissio , quia ipses securè tendit , adeòque debet præcognosci futuritio rei speratæ . Sed futuritio rei sufficienter cognosci potest ex Dei liberalitate , & misericordia , non intellecta promissione : ergo nō requiritur obiectum esse promissum , ut possit sperari . Prob . min . ex Psal . 12 . *Ego in misericordia tua speravi .* Et quia multi ignari etiam promissionis generalis relatæ petunt à Deo plura cum spe cōsequendi . Vnde certitudo spei frequenter derivatur à certitudine fidei circa rem speratam ; non tamen semper , neque necessario .

SECTIO II.

*An possimus alteri suam beatitudinem
spe Theologicasperare ?*

18

Sup . 1 . cum Oviedo , Ripalda infrà : ad amandum beatitudinem , quia nobis bonam , non esse necessarium , quod hic affectus formaliter nos amet ; quamvis potest nos amare . Ratio est : quia cum simus determinati quoad speciem ad nos amandum ,

dum, certum est non prærequiri præ-
vium amorem determinantem ad hunc
affectionem: Nec ex eo, quod hic affectus
denominet nos virtualiter amatos, eo
quod amare fit velle alicui bonum: Ne-
que ex eo, quod hic affectus intrinsecè
nos respiciat, sequitur, quod nos de-
nominet formaliter amatos: quia actus
amans pecunias existentes in crumenâ,
intrinsecè terminatur ad erumenâ, &
illam non amat: sicut enim in intelle-
ctu, non solum datur affirmatio, nega-
tio, apprehensio suasiva, dissuasiva; sed
etiam apprehensio, quæ neque suasiva
fit, neque dissuasiva; ut apprehensio
stellarum non suadens, an sint pares, an
non: quid mirum, quod in voluntate
præter amorem, & odium corresponden-
tes affirmationi, & negationi: præ-
ter complacentiam, & displicantiam
correspondentes apprehensioni suasivæ,
& dissuasivæ, detur aliis affectus in-
tentionalis innominatus intrinsecè res-
piciens obiectum. Vnde quando Div.
Thom. dicit 2. 2. quest. 27. art. 4. ex
Arist. 2. Rheticorum, cap. 4. *Ama-*
re, quod est velle bonum alicui, sibi, vel
alteri, in duo tendit, in bonum, & in
aliud, cui vult bonum; intelligendus
De Spe, & Char.

est : hunc affectum esse amorem virtutem subiecti , cui amatur bonum , vel intelligentius est, aliquando formaliter amari subiectum , cui amatur bonum, non tamen semper , neque necessario.

19 Sup. 2. Non esse necessarium, quod amor amans alteri bonum moveatur ex bonitate alterius. Prob. Actus elargiendi elemosynam bonam pauperi, non movetur ex bonitate pauperis: alias actus misericordiae esset actus benevolentiae. Item actus praebendi cultum bonum Deo , non movetur ex bonitate Dei : alias omnis actus religionis esset actus charitatis. Idem de alijs actibus virtutum , quibus amamus bona spiritualia , vel temporalia proximo : ergo non est necessarium, quod affectus amans bonum alteri moveatur ex bonitate alterius. Imò addimus cum Ex imio Suarez disp. 1 sect. 3. num. 8. Lugo disp. 3. de Pœnitent. sect. 2. num. 42. Non esse necessarium , quod affectus amans alicui bonum , *quia ipsi bonum* , intrinsecè moveatur , & specificetur à bonitate alterius. Hæc suppositio est contra Coninc disp. 19. dub. 1. Ovied. controv. 2. num. 54. & quoad secundam partem contra Ripald.

Prob.

20 Prob. suppositio : eatenus affectus volens alicui bonum , quia ipsi bonum , moveri deberet ex bonitate alterius : quia ad talem affectum per se , & necessario prærequiritur complacentia in bonitate alterius . Sed admissio præquiri necessario talem complacentiam , non probatur , hunc affectum moveri necessario tanquam ex motivo , ex bonitate alterius : ergo tenet suppositio . Prob. min. Præquiri necessario talem complacentiam solum probat , aut bonitatem alterius esse motivum , aut illam complacentiam esse conditionem , vi cuius bonum constituatur proximè amabile alteri : ergo non probat determinatè , actum moveri ex bonitate alterius , tanquam ex motivo . Antecedens patet in cognitione , quæ constituit proximè amabile obiectum , & prærequiritur ad amorem obiecti necessario , & tamen non est motivum ; sed solum conditionem . *Explicat.* Præquiri necessario complacentiam in bonitate alterius ad amandum alteri bonum , non probat iuxta Ripalda . hunc amorem intrinsecè moveri ex bonitate alterius : sicut ipse afferit , conclusionem essentialiter talem præquire-

re præmissas necessario, & non move-
ri intrinsecè necessario ex veritate
præmissarum ; imò idem concedit de
actu charitatis , & de actu spei : &
ut probavimus contra Ripald. ut affe-
ctus specificetur ab aliquo motivo, de-
bet intrinsecè respicere illud motivum:
ergo prærequiri necessario complacen-
tiam in bonitate alterius , dum amamus
alteri bonum , non probat, hunc amo-
rem intrinsecè respicere ; imò neque
specificari ex bonitate alterius.

21. Vndè ultimum resolutivum
huius affectus est bonitas beatitudinis
alterius. 2. Tam essentialiter respicit
nos actus , quo nobis volumus beatи-
tudinem , *quia nobis bonam*, quam actus
volens alteri beatitudinem , *quia ipse
bonam*, respicit alterum. Sed primus
actus non movetur necessario ex nostra
bonitate , vt ipsi fatentur : ergo neque
secundus movetur necessario ex boni-
tate alterius. Imò Suarez , & Lugo su-
prà, insinuant non prærequiri compla-
centiam in bonitate alterius ad tales
actum. 3. Beatitudo alterius vt ipsi bo-
na , est per se bona absque bonitate al-
terius : ergo est per se amabilis absque
bonitate alterius ; *quia ea ratione , qua-*

aliquid est bonū, est amabile. Itaque vōd
luntas per talem affectum vltimo quiesc-
cit tanquam in motivo in bonitate bea-
titudini s alterius, quia alteri bona. Licet
enī si vltierius rogaretur cur alter plā-
cet? Responderet, quia est bonus. Hoc
solum probat, bonitatem alterius esse
motivum huius complacentiæ, &
conditionem obiectivam actus prioris.

22 Sup. 3. Quod si beatitudo al-
terius consideretur, vt conducens ad
augendam nostram beatitudinem, vel
illam acquirendam (qualiuè frequen-
tē consideratur, beatitudo parentum,
filiorum, fratum, & amicorum) re-
cte possumus sperare stricta spe horum
beatitudinem, vt certum esse, afferit
Ovied. num. 43. Quia possumus spe-
rare stricta spe quidquid conduit ad
augendam, vel consequendam nostram
beatitudinem. Vnde quæstio non pro-
cedit in hoc sensu; sed solum, an præ-
cindendo à respectu ad nostram beati-
tudinem possumus sperare alteri beati-
tudinem? Sup. 4. Posse dari deside-
rium valdè simile spei, quo desideremus
alteri beatitudinem futuram; imò
& arduam: & quæ nobis sit ardua, eo
quod media, quibus illam intendimus,

sint nobis ardua. *Sup. 5.* Licet stricta spe possemus desperare salutem aliorum, non inde inferri, per talis salutis desperationem defuturum habitum spei: quia habitus non deficit per quemvis actum oppositum spei: sicut habitus fidei solum perditur per infidelitatem positivam, vel hæresim, & non per quemvis actum oppositum fidei: quia cum habitus fidei, & spei, non destruantur ex natura rei per oppositos actus; sed solum ex lege Dei, & non constet, legem extendi plusquam ad desperationem propriæ salutis, non est amplius extendenda: sicut neque spes alienæ salutis est dispositio ad propriam iustificationem propter eandem rationem. Vnde corruit ratio, qua Torres probat esse impossibilem talem spem.

23 *Sup. 6.* Valdè dubium esse tam apud concedentes, quam apud negantes possibilem spem de alterius salute, an ille actus spei elicetur ab habitu spei. Gaspar Hurtado *disp. 1. diffic. 5.* dicit, talem actum habere honestatem spei; sed non diciendum ab habitu spei. Petrus Hurtado *disp. 99. sect. 1.* posse dari spem Theologicam de beatitudine alterius procedentem ab alio habitu infuso,

fuso', vel principio intrinseco; non ta-
men posse procedere ab habitu de facto
existente. Idem Albendea infrā: ideo
contra communem sententiam non re-
nuunt concedere plusquam tres habitus
Theologicos infusos pro virtutibus,
quae sunt in via; etsi Albendea solum
loquatur de possibili; addit Petrus
Hurtado contra communem senten-
tiam, non esse compertum habitum spei
de facto existentem esse simplicem qua-
litatem, vel compositam ex pluribus
partibus, quarum una sit elicitor actus
spei de beatitudine propria; alia de bea-
titudine aliena. *Alij dicere poterunt,*
ut conjectatur Oviedo, talem actum
processurum ab habitu spei, etsi non
sit strictæ spei: quia habitus spei elicere
potest actus non propriè tales, v. gr.
amorem strictum & gaudium. Dic quod
libuerit: placet tamen, habitum spei, &
quemvis alium posse elicere actus suffi-
cienter appreciantes eius motivum, li-
cet ex alia circumstantia non sit actus
strictæ spei.

24 His suppositis pro conclusio-
ne, quam varij sensus reddunt imple-
xam; *Prima sent.* dicit, possibilem esse
strictam spem de aliena beatitudine. Ita

Bañez, Aragon, Becano, Mæratius,
 Granados; Qjea disp. 2. sect. 5. Secun-
 dafsent. negat. Ita Eximius Suarez dis-
 put. 1. sect. 3. Vazq. in 3. part. dis-
 put. 43. num. 6. Torres disp. 6. dub. 4.
 Coninc disp. 19. dub. 5. Ripalda dis-
 put. 23. sect. 2. Oviedo controv. 2. à
 num. 43. vterque Hart. supr. *Tertia*
sent. negat absolute loquendo esse pos-
 sibilem strictam spem de salute alterius;
 affirmat tamen ex suppositione alicuius
 vnionis charitatis inter sperantem, &
 alterum. Ita communiter Thomistæ
 cum D. Thom. hic quæst. 17. art. 3.
 clare id sentiente. Quos sequuntur Car-
 melitæ disp. 1. dub. 4. Albend. disp. 3.
 quæst. 2. à sect. 1. loquendo de habitu
 de facto infuso: quia possibilem iudi-
 cat actum spei, quo speremus alteri
 beatitudinem non præsupposita vnione
 charitatis: & noviter Palanco quæst. 2.
 latè, addens num. 23. ad hanc vnio-
 nem sufficere anorem benevolentiae
 naturalis. Ex nostris valdè idem insi-
 nuat Ripalda disp. 25. à num. 41. in
 explicatione tamen huius vnionis
 valdè disconveniant.

SECTIO IIJ.

Resolvitur quæstio duabus conclusiōnibus.

25

Dico r. regulariter loquendo. Actus, quo desideramus alteri beatitudinem, quia ipsi bonam, non est actus spei: et si alter sit coniunctus unione charitatis. Ante cuius probationem sciendum est, AA. necessario requirentes actus spei esse actus concupiscentiae, requirere aliquam unionem erga alterum, ut beatitudo alterius sit quodammodo bonum proprium. Bañez dicit, hanc unionem sufficienter consistere in unione charitatis possibilis. Lorca, in similitudine inter sperantem, & illum, cui speratur beatitudo: quod videtur intelligi de similitudine in rationalitate. Mæratius, in unione consistente in ipsa spe, qua alteri speratur beatitudo.

26 Mens D.Thom. est dubia, quia hic quæst. 17. art. 3. ait: Sed presupposita unione charitatis ad alterum, iam aliquis potest sperare alteri vitam aeternam, in quantum est ei unius per amo-

rem. Et tamen 3. part. quæst. 7. art. 4^a
 rogans an Christus posset sperare Gen-
 tiles converti ad Ecclesiam? negative
 respondet: *Quia spes propriè dicitur res-
 pectu alicuius, quod expectatur ab ipso
 sperante haberendum, non propriè potest di-
 ci, quod virtus spei Christo ratione in-
 ductu convenit.* Et tamen Christus val-
 dè diligebat Gentiles, & desiderabat
 eorum salutem: ergo iuxta D. Thom.
 non sufficit unio charitatis ad spem: si
 quidem in Christo unito per charita-
 tem cum Gentilibus non poterat dari
 spes circa salutem Gentium: quia ad-
 huc non reputabatur, ut bonum pro-
 prium salus Gentium: et si ex alio capi-
 te non detur etiam spes in Christo: quia
 scilicet non datur in Christo obiectum
 primarium spei, ut dicunt Bañez, & Ara-
 gon. Vnde ne D. Thom. sibi sit contra-
 rius, potest dici, posse sperari alienam
 salutem iuxta D. Thom. modo ordine-
 tur ad nostram.

27 Prob. iam nostra conclusio: In
 primis actus quo desideramus alteri
 beatitudinem ex motivo charitatis, aut
 misericordiae, non est actus spei, ut est
 certum. Deinde actus quo desideramus
 eam, & non ex his motivis regulariter

non

non est actus spei: ergo actus, quo desideramus alteri beatitudinem, quia ipsi bonam, regulariter non est actus spei.
Prob. ant. quoad 2. part. Actus habens pro obiecto formalis amandi alteri beatitudinem, bonitatem alterius non est actus spei. Sed actus, quo speramus Petru**m** beatitudinem, regulariter habet pro obiecto formalis amandi, bonitatem Petri: ergo regulariter non est actus spei.
Prob. min. Quoties necessarium est apparere bonitatem Petri, ut amemus in aliquod bonum; bonitas Petri regulariter loquendo est motivum amandi tale bonum: quia talis affectus regulariter non quiescit in bonitate doni, nisi viri transseat ad bonitatem Petri: & haec bonitas daretur pro ratione amandi, regulariter loquendo, si rogaremur cur amemus Petro tale bonum: ergo actus quo desideramus Petro beatitudinem, regulariter habet pro motivo amandi, bonitatem Petri. Itaque finis cui, in tali casu regulariter est obiectum formale, & finis, qui, seu cuius, scilicet beatitudo, est obiectum materiale.

28 Prob. 2. Actus spei regulariter est actus concupiscentiae. Sed actus, quo desideramus alteri beatitudinem, quia ipsi

ip̄i bonam , regulariter non est actus concupiscentiæ : ergo actus , quo desideramus alteri beatitudinem , regulariter non est actus spei. Prob. min. Actus , quo proximo non consanguineo , nec affini desideramus alia bona , scilicet , salutem corporis , divitias , & alia , regulariter non est actus concupiscentiæ ; sed benevolentia , charitatis , vel misericordia : ergo actus , quo &c. Prob. cons. & explicatur ant. Concupiscentia est affectus erga proprium commodum , ut patet ex Anselmo de casu diaboli , cap. 4. & de concordia libertatis , cap. 9. vbi distinguit affectum benevolentia , & concupiscentia . Nam alter oritur ex supra quadam affectione iusticie , & honestatis ; alter ex affectione proprij commodi. Et ex D. Thom. 1. 2. quæst. 26. art. 4. ad 1. qui idem distinguens , sic ait : *Illud autem dicimus concupiscere , quod volumus nobis.* Sed commoda , dona , beatitudo alterius regulariter non reputatur proprium commodum , ut experientia patet : ergo actus , quo desideramus alteri beatitudinem , non est regulariter actus concupiscentiæ . Scito tamen , minus propriè loquendo , quodvis bonum amatum dici concupitum.

Sic

Sic loquitur D. Thom. hic ex Aristot. 2. Rheticorum; & sic quivis amor erit concupiscentiae relatè ad bonum amatum.

29 Dico 2. vel potius propono, ut ab alijs, si placuerit, dicatur. Possimus sperare alteri beatitudinem, quia ipsi bonam, quin alter sit coniunctus, vel præscindendo à tali coniunctione per habitum de facto existentem. Probat. Præscindendo à coniunctione possimus desiderare alteri beatitudinem, quia ipsi bonam, & futuram, quin his affectus moveatur ex bonitate alterius. Sed huiusmodi affectus est actus strictæ spei: ergo præscindendo à coniunctione possimus desiderare alteri beatitudinem actu strictæ spei. Maior manet probata sup. 2. Prob. min. Hic affectus est Theologicus, quia movetur ex motivo divino; imò ultimus est ex fine *qui*, seu *caius gratia* divino, quia movetur ex beatitudine. Sed non est alterius virtutis, quam spei: ergo est actus spei. 2. Actus, qui movetur ex motivo spei, & ex fine spei, est actus spei. Sed actus, quo desideramus alteri beatitudinem, quia illi bonam, & futuram, quin moveatur ex bonitate alterius, movetur ex motivo,

& ex fine spei: ergo est actus spei. Major est ex communi cum D. Thom. distinguente virtutes voluntatis, praesertim intentiones ex motivis, & finibus. Prob. min. Actus, qui movetur ex Deo, non ut in se bono; sed ut nobis bono, movetur ex motivo spei. Sed hic actus movetur ex Deo, non ut in se bono; sed ut nobis bono: ergo movetur ex motivo spei.

30 Explicat. Actus, quo desideramus salutem, quia nobis bonam, & futuram, est Theologicus, & spei: quia movetur ex Deo, ut nobis bono, quod est motivum spei. Sed praedictus actus movetur ex Deo, ut nobis bono: ergo est Theologicus, & spei. Prob. cons. Quia actus respicientes idem motivum, et si possint distingui specie physica; non tamen morali. 2. Iuxta D. Thom. hic quæ st. 17. artic. 3. *Sicut est eadem virtus charitatis, qua quis diligit Deum, se ipsum, & proximum: ita etiam est eadem virtus spei, qua quis sperat sibi ipsi, & alijs:* Sicque intelligitur illud secundæ ad Chorint. 1. *Spes nostra firma est pro vobis;* & ad Phit. 1. *Confidentes hoc ipsum,* quod cœpit in vobis bonum, ipse perficiet. Item eadem fide, qua

qua credimus salutem nostram conditionatè futuram, credimus salutem aliorum conditionatè futuram, quia habet idem motivum: ergo eadem spe, qua speramus nostram salutem, possimus sperare alienam salutem, dummodo actus habeat idem motivum. Sed in nostro casu actus, quo desideramus nostram salutem, & alienam salutem, habent idem motivum: ergo pertinent ad eandem virtutem: præsertim cum iuxta Adversarios tale desiderium elicatur ab habitu spei.

31 Item iustitia potest absolute respicere satisfactionem pro debito alieno: ergo spes potest esse absolute de bono alieno. Prob. ant. ex Christo, cuius iustitia respexit satisfactionem pro debito peccati alieni. Nec valet dicere cum Salmanticensibus, & Albendea: Iustitiam Christi respexit satisfactionem pro debito proprio ex suppositione fideiusionis: quia licet Christus non fuisset fideiussor pro nobis dummodo suam satisfactionem pro nobis applicaret, tatis faceret pro nobis: sicut quis pro nobis solvens debitum pecuniarum, pro nobis satisfaceret, & si non fuisset fideiussor pro nobis: ergo absolute

Iuste loquendo, iustitia potest respicere satisfactionem pro debito alieno , & solvere ex motivo servandi æqualitatem pro debito alieno. Nec valet dicere secundo cum ipsis , iustitiam Christi vi potè specialissimam , & alterius speciei , non futuram esse regulam ad alias iustitias. Non valet: quia ut diximus in exemplo pecuniarum , iustitia, quæ de facto , & in creatis datur potest satisfacere pro debito alieno ex motivo servandi æqualitatem Sed hic actus est iustitiae , & elicitus à virtute moralis iustitiae , vi potè motus ex illius motivo ergo solutio est nulla.

32 Explicat. sicut SS. PP. exigunt spem esse concupiscentiam : Spem esse de bono desideranti habendo , ut prius dicta paret ex Aug. in Enchir. cap. 8. Spes non nisi bonorum rerum est , nec nisi futurorum , & ad eum pertinentium , quia earum spem gerere prohibetur : & ex D. Thom. hic artic. 3. Spes potest esse aliius duplicitè : uno modo absolute , & sic est solius boni ardui ad se pertinentis : Ita exigunt , quod fides sit obscura. Sed nihilominus fides est moraliter evidens : & actus metaphysicè evidens potest esse strictæ fidei , ut dicitur

diximus disp. 11. & 12. de Fide, dummodo moveatur ex motivo fidei : ergo desiderium beatitudinis , et si non pertinentis ad desiderantem , erit strictæ spei , dummodo moveatur à motivo spei. Item PP. similitè petunt spem esse de bono arduo , ac de bono proprio. Sed ut dicemus disp. 3. potest dari spes , quæ non sit de bono arduo : ergo potest dari spes , quæ non sit de bono proprio. Et sicut reliquæ conditiones solum exiguntur ad fidem , & spem , quæ regulariter dantur : ita quod sit *concupiscentia* , seu de bono proprio solum requiritur in spe , quæ regulariter datur seu in esse vulgaris non vero requiritur tanquam essentia spei.

33 Deinde aliquis probabit sic: Si actus volens alteri beatitudinem non est spei , sed benevolentiaz , non supposita vnione charitatis , nec erit spei supposita vnione. Prob. Actus , qui magis moveatur ex obiecto benevolentiaz , quam ex obiecto spei , non magis est spei , quam benevolentiaz. Sed adhuc supposita vnione charitatis beatitudo aliena magis est obiectum benevolentiaz , quam spei : ergo &c. Prob. min.

Bonum alienum est obiectum benevolentiaz iuxta vos : bonum proprium est obiectum spei. Sed beatitudo alterius adhuc supposita vnione charitatis , est physicè aliena,& solum moraliter propria: ergo adhuc supposita vnione charitatis , magis est obiectum benevolentiaz , quam spei.

34 Dices: August. immediate cit eodem modo loquitur de bonitate , futuritione , & pertinentia ad sperantem reperta in obiecto sperato. Sed ad spem necessario requiritur, quod sit de obiecto bono,& futuro: ergo necessario requiritur , quod sit de obiecto pertinente ad sperantem: alias confuse loqueretur Sanctissimus Doct. Resp. S. Aug. eodem modo loqui quoad solum modum vacum ; diverso tamen modo loquitur in re , quin loquatur confuse : quia diversitas cognoscitur in ipsis terminis affirmatis : siquidem obiectum esse bonum, & futurum , requiritur tanquam obiectum formale intentionis ; at verò , quod sit bonum proprium non requiritur, etiam iuxta Adversarios , tanquam motivum , & finis intentionis , seu titulo intentionis ; sed solum titulo specialis naturæ actus ; hoc est , quia debet esse

esse concupiscentia: Si ergo etiam iuxta Adversarios, August. diverso modo loquitur de his extremis; quid mirum, quod nos dicamus diverso modo de his loqui: & bonitatem, & futuritionem requirere essentialiter ad spem; non vero pertinetiam ad habentem spem: quia sine hac pertinentia potest actus moveri ex motivo spei, quod sufficit ab spem.

35 Dices: D. Thom. supr. dicit, Christum non potuisse sperare salutem Gentium, quia non pertinebat ad ipsum: ergo pertinere ad sperantem est essentialiter requisitum ad spem. Resp. Mensem D. Thom. esse dubiam, ut dividimus. Deinde dist. antec. dicit Christum non potuisse sperare spe regulari, seu spe, quae sit *concupiscentia*, permitto ant. alia spe, neg. ant. & conf. quod autem absolute non possit negari in Christo D. spes salutis Gentium, inde constare ultra potest: quia potest sperare salutem Gentium, ut ordinatam ad suam beatitudinem: siquidem pertinet ad gloriam Christi, videre Gentiles salvatos ex suis meritis.

36 Dices: PP. dicunt, spem esse *concupiscentiam*, & dantur plures actus,

qui non solum specificatur ex fine *qui*,
& ex motivo; sed etiam ex speciali mo-
do tendendi, & ex fine *qui*, qualis est
actus concupiscentiae: ergo non potest
esse actus spei, qui non sit actus concu-
piscentiae, & qui non dicat respectum
ad finem *qui*, licet moveatur ex moti-
vo spei. *Resp.* PP. dicere spem vulga-
rem, seu spem, quae regulariter datur,
esse concupiscentiam: & dicere possunt
omnem spem esse similitudinari *concu-*
piscentiam: quia non movetur ex Deo,
ut in se bono; sed ut nobis bono, in quo
assimilatur omnis actus spei, *concupis-*
centiae; at vero non possunt exigere es-
sentialiter rationem concupiscentiae, in
quovis actu spei, propter nostras ratio-
nes. Similiter dicimus, actum concu-
piscentiae specificari ex fine *qui*, & alios
actus, scilicet simplem complacentiam,
& similes specificari ex speciali mo-
do tendendi; sed iudicamus, non esse de-
ratione spei esse *concupiscentiam*: neque
spem habere speciale modum tenden-
di exigere aliud specificativum, quam
Deus, ut nobis bonum, & futurum, quod
est motivum spei.

37 Dices ex Albend. Authorita-
tes citatae probant, spem de facto insu-
sam

Nam solum posse elicere actus concupiscentiae, seu actus respicientes bonum proprium physicè, vel moraliter. Et inde suadetur: quia plures virtutes de facto infusaæ tendunt ad adquirendam perfectionem, quæ physicè sit propria sui subiecti, ut castitas, & pœnitentia, quæ tendunt ad perfectionem physicè propriam, & nec reduplicativè alienam: ergo poterit dari aliena virtus, quæ extendatur ad bonum physicè proprium, & reduplicativè alienum: & hæc est virtus de facto infusa spei, iuxta authoritates citatas. *Resp. neg. assump-*
tum: quia virtus spei de facto infusa da-
 tur ad actus respicientes motivum spei,
 quæ debet esse regula generalis habi-
 tum infusorum: aliás eodem iure lice-
 bit dicere, habitum charitatis de facto
 existentem solum dari ad amandum
 Deum propter ipsius, & hunc habitum
 oriri primario ex gratia; & dari alium
 habitum charitatis secundario ortum
 ex gratia ad amandum proximum prop-
 ter Deum. 2. D. Thom. supra sine li-
 mitatione dicit, *Sicut est eadem virtus*
charitatis, &c. Sed ex hoc textu non li-
 cet dicere, esse diversum habitum am-
 di proximum propter Deum, quam

Deum propter ipsum : ergo similiter. Vel è contra , si cum hoc componitur diversitas habituum spei , componetur diversitas habituum charitatis. Itaque permitti esse possibilem habitum à te assignatum ; non est talis habitus de facto existens : quia non datur fundamentum ; potius datur fundamentum in oppositum,

38. Dices ex Palanco : Motus , & conatus spei , non est motus sperantis , vt causæ instrumentalis ; sed vt causæ principalis. Sed motus causæ principalis , vt distinctæ ab instrumentalí , semper est ad bonum proprium : ergo. Resp. conc. mai. neg. min. Quia non est , unde probetur , hanc esse conditionem causæ principalis ; quia ignis producit calorem in passo extraneo , & producit aliud ignem in subjecto distincto , quæ productiones sunt bona aliena. Et licet hoc principium esset verum in causa necessaria ; non est , cur sit verum in causa libera , quæ pro suo modo potest , iam obiectum amare , iam carentiam ; iam ex hoc motivo operari , iam ex diverso : ergo non est fundamentum , vt dicatur , de ratione causæ principalis , includendo causam liberam , semper esse

esse tendere ad bonum proprium.

39 Insistit num. 13. Nullum mobile potest moveri nisi ad terminum ad quem est in potentia. Sed evidens est, quod nemo est in potentia nisi ad terminum sibi proprium: nec transit de potentia ad actum per actum, seu terminum non suum, sed alterius: ergo evidens est, quod motus semper est ad terminum sibi proprium. Ad argumentum missum ly *evidens*, *Resp.* conc. mai. dist. min. Ad terminum sibi proprium proprietate termini causalitatis, vel alterius rationis, conc. min. proprietate boni sibi, & à se obtainendi, ut bonum ipsi proprium, neg. min. propter rationem datam. Et saepe multum perfectio-
nis auferretur à virtute charitatis, si ne-
cessarium esset quod amans Deum, ita
consuleret bono proprio, ut non erra-
ret nisi cognoscendo id esse bonum
proprium, & sibi consulendo bono
proprio.

40 Ex his patet peccatorum habi-
tualem posse sperare alteri beatitudi-
neis: quia potest eam sperare sibi: &
consequentè non esse necessarium
viacionem charitatis ad sperandum alte-
ri beatitudinem: quia talis peccator sic

Sperans non habet charitatem. Item patet non requiri unionem amoris naturalis ad sperandum alteri beatitudinem; immo haec unio vi potè naturalis non potest esse sufficiens dispositio ad spem supernaturalem. Neque amor benevolentiae erga alterum sufficit, ut actus, quo alteri desideramus bonum sit actus concupiscentiae: quia potius dicendum esset amorem antecedentem benevolentiae efficere, actum, sequentem esse etiam benevolentiae.

SECTIO IV.

De subiecto Spei.

41 **O**MNES Theologi sentiunt in Deo non dari spem. Sed non omnes rationes sunt efficaces. Proponitur, quæ efficacior videtur. Deus non potest sperare bona sua intrinseca: quia ea possidet. Sed neque bona extrinseca: ergo non potest sperare. Prob. min. Iuxta D. Thom. 2. 2. quest. 40. art. 1. *Nan enim quis dicitur sperare minimum, quod est in sua potestate, ut faciat. Sed omnia bona extrinseca sunt minima respectu Dei, & eius*

poteſtatis ; ergo non poſteſt ſperare;

42 Circa beatos eſt quadruplex ſententia. Prima dicit, in beatis non dari ſpem habitualem , neqne actualem. Ita Caſet. Bañez, Arag. Valenc. Torres diſp. 62. dub. 1. Granad. traſt. 2. diſp. 1. Taner. quæſt. 1. Lorca diſp. 27. Ragule , Ægidius de Præſentatione, Albendea diſp. 5. quæſt. præcipua, ſect. 1. addens repugnare metaphytičē habitum ſpei cum beatitudine. Idem tenet Palanco quæſt. 14. Secund. ſen- rent. dicit, in beatis dari actum, & habitum ſpei. Ita Eximius Suarez diſp. 1. ſect. 8. Coninc diſp. 19. Mærat. diſput. 34. Petrus Hurtad. diſp. 108. Lugo diſp. 17. Rip. diſp. 27. Ovied. contr. 4. Tertia dicit, in beatis dari habitum ſpei ad ornatum animæ ; non ve- rò actum. Ita Argentinas in tertium diſt. 26. quæſt. 1. Geron , relatus ab Aragon : inclinat Mæratius poſt reſur- rectionem corporum. 4. dicit , in beatis dari actum non ve- rò habitum. Ita Vazq. 3. part. diſp. 43. cap. 2.

43 Dico 1. In beatis non datur habitus ſpei. Prob. ex Auguſt. lib. 1. de Doctrina Christiana, cap. 39. dicen- te: In Pauria non manere fidem, & ſpem,

Chry-

Chrysostom. homil. 34. in primam ad Corinth. 13. *Nunc manent fides, spes, & charitas, sic ait: cessat fides, & spes, quando advenient bona credita, & spe- rata.* Beda in eundem locum: *Non erit iam spes, quando erit res.* Anselm. in eandem, *fides Cessabit, & spes finem habebit, sola vero charitas in eternum perseverabit.* Theodoreus in eundem, *in Patria solum manere charitatem ex- tribus virtutibus Theologicis, quas Paul. ibi commemorat.* Sed Paulus ibi loqui- tur de habitu spei, ut communiter in- telligunt SS. PP. & colligitur ex verb. *Manent, quae locutio solum convenit propriè habitibus: ergo in Beatis non datur habitus spei.*

44 Dico 2. Hhabitus spei non pug- nat metaphysicè cum beatitudine. Prob. Non repugnat, quod homini anter iusto detur beatitudo in premium me- riti pro posteriori in eodem instanti meriti. Sed tunc coniungi potest bea- titudo cum habitu spei: ergo &c. Prob. min. In illo instanti datur gratia pro priori remoto ad actum iuxta nos, & iacta ipsos pro priori proximo. Sed ex gratia necessario oriuntur habitus insuvi, nisi sit impedita; & non est in-

pedita pro priori ad meritum: ergo tunc coniungi potest beatitudo cum habitu spei. 2. Eatenus iuxta ipsum repugnat Beatis habitus spei, quia repugnat eis attingere obiectum primarium spei. Sed non eis repugnat attingere obiectum primarium spei: ergo non eis repugnat habitus. Prob. min. Licet beatis repugnet habere actum spei, ad quem primario ordinatur habitus, sci licet actum strictæ spei circa propriam Beatitudinem; non repugnat eis amor strictus, gaudium de propria beatitudine; & desiderium de illius duratio ne. Sed hoc est attingere obiectum primarium spei: ergo. Vide alia disp. 13. de Fide, sect. 3. quæ similièr probant de habitu spei, ac de habitu fidei.

45 Tertiò: Regula communiter assignata cum D. Thom. quæst. disp. de spe, art. 4. ad 11. pro existentia habituum in subiectis de facto, est: si illis subiectis repugnet actus primarius habitus, non datur hisbitus. Sed regula pro de facto non facilis, non est cur extendatur ad casum potentiae absolute: immo absurde extenditur sine alio fundamento: quia iuxta communiorum sententiam in Beatis datur habitus

pœnitentia, & iudicant eis repugnare
actus primarios pœnitentia: quia
actus primarius pœnitentia est dolor
cum tristitia de peccato iuxta plures:
siquidem contritio cum gaudio, potius
est actus charitatis, quam pœnitentia.
Deinde dolor qui est actus pœnitentia
est propositum non peccandi. Sed in
Beatis non potest dari, nisi stulte, &
consequenter peccando, adeoque non
potest dari propositum non peccandi:
ergo non potest dari actus primarius
pœnitentia. Idem potiori iure dicen-
dum de proposito satisfaciendi pro
peccatis, quod ab alijs iudicatur actus
primarius pœnitentia, saltem negati-
vè primarius. Dicere autem spem re-
quirere absentiam positivam intentio-
nalem obiecti pro instanti spei: adeo-
que spem non posse coniungi cum bea-
titudine pro primo instanti, qua ra-
tione respondet Albendea num. 50. &
Palanco quest. 14. à num. 22. ad 27.
fallum esse videbimus disp. 3. quia
iustus in eodem instanti, in quo sperat
gratiam, illam habet, & accedens ad
confessionem, habet actualem spem re-
missionis, quæ statim datur per gra-
tiam. Objectiones partim sunt soluz;
aliz;

alię videri possunt disp. 13. de Fide,
sect. 3. quæ non repetuntur : quia ex
dictis facile solvi possunt.

46 Dico 3. In Beatis datur actus
spei circa gloriam sui corporis : circa
gloriam viatorum : circa dona , quæ à
Deo petunt : circa beatitudinem acci-
dентalem. Prob. Desiderium boni fu-
turi ex motivo spei est actus spei. Sed
beati desiderant hæc bona ex motivo
spei , quamvis etiam ea desiderent ex
motivo charitatis: quia non est cur ne-
getur eis primum desiderium , cum sit
ad eò honestum : ergo in Beatis datur
actus spei. Imò , quod difficilius est
sorè in Beatis datur actus spei circa
durationem suæ beatitudinis. Prob.
beati desiderant durationem suæ beatí-
tudinis , quia ipsis bonam , ex prima
Petri 1. In quem desiderant Angeli pro-
picere. Sed desiderij beatitudinis futu-
ræ , quia nobis bona est actus spei
ergo in Beatis datur dictus actus spei.
Prob. min. cavendo solutionem. Ta-
lis actus movetur ex motivo spei: dein
de , ut sit actus spei non obstat cogni-
tio certa de futuritione; aliás B. Virg.
non potuisset sperare suam beatitudi-
nem , neque quod non sit ardua , ve-
di-

dicemus disp. 3. neque quod detur causa
sa in evitabilis, sui connexa cum futuri-
tione : quia licet hoc requiratur ad
spem vulgarem , & ad spem frequentè
occurrentem ; non tamen ad spem phy-
sicè, & propriè talem : ergo desiderium
beatitudinis futuræ in Beatis est actus
spei.

47 Datur etiam in Beatis amor
strictus beatitudinis , quia ipsis bonæ.
Prob. Hi actus sunt honesti , & obie-
ctum dignum , quod ameritur hac ratio-
ne : ergo datur talis amor. Neque ob-
stat dari in Beatis cognitionem existen-
tiæ beatitudinis : quia voluntas potest
esse præcisa, etiam dum non præscin-
dit cognitio: sic Deus cognoscens suam
iustitiam , & misericordiam , aliquan-
do vult manifestare iustitiam , aliquan-
do misericordiam. Propter eandem ra-
tionem potest dari gaudium spei de
beatitudine , quia ipsius bona , & pos-
seffa : quia licet gaudeant de beatitudi-
ne ex motivo charitatis , simul gaudere
possunt ex motivo spei : sicut ex moti-
vo charitatis procurant nobis bona , &
possunt ea simul procurare ex motivo
misericordiæ , & ex alijs motivis.

48 An in Christo data fuerit spes
Das

Datum fuisse habitum spei , imo de fa-
cto dari assertunt Eximius Suarez, Beca-
nus , Petrus Hurt. Ripalda , & Oviedo
suprà. Dico: Non repugnare metaphy-
sicè , neque physicè , quod in Christo
detur habitus spei , ut diximus tñ Be-
atis. Dico 2. Nunc in patria non dari in
Christo habitum spei propter easdem
rationes , quibus diximus non dari in
Beatis. Dico 3. Datum fuisse in Chri-
sto viatore habitum spei. Prob. Chri-
stus habuit gratiam radicantem habi-
tum spei : Deinde in Christo dabantur
plures actus spei , ut dicemus : ergo in
Christo datus est habitus spei. Probat.
cons. quia sola superfluitas poterat ef-
ficere , ne daretur in Christo in via ha-
bitus spei.

49 Dari in Christo actum spei
cires gloriam sui corporis , negat Lorca
disp. 7. Castillo disp. 1. quæst. 13. Al-
bendea disp. 5. quæst. 1. num. 6. lo-
quendo de spe Theologica , ait tamen
dari actum strictæ spei Affirmat Exim.
Suar. Vazq. Coninc , Ripalda sect. 4.
Oviedo num. 22. cum D. Thom. 3. part.
quæst. 7. art. 4. Probatur: Desiderium
beatitudinis futuræ , quia nobis bonæ ,
est actus spei Theologicæ. Sed in Chri-

Ita datum est tale desiderium circa gloriam sui corporis : ergo in Christo datus est dictus actus spei. 2. D. Thom. cit. concedit Christum habuisse spem aliquorum, quae nondum erat adeptus. Accedit orationem procedere ex spe consequendi , & Christus oravit pro gloria corporis. Psalm. 40. *Tu autem resuscita me, & retribuam eis.* Eadem ratione probatur , Christum habuisse actum spei circa gloriam animæ ex meritis dandam : & amorem strictum , & gaudium : & spem de nostra beatitudine : & de duratione suæ beatitudinis : & de duratione vñionis hypotheticæ propter rationes , quibus diximus dari in Beatis similem spem. Deus tamen nequit sperare suam perpetuam durationem , quia eam possidet. Salmanticens. tom. 9. disp. 14. dub. 2. dicunt , desiderium de gloria corporis in Christo non fuisse spem , quia non erat de bono arduo , cum esset certo consequenda. Verum quomodo non fuit ardua tempestas tormentorum Sanctissimæ Passionis , quibus sibi meruit gloriam corporis ? Si gloria corporis taliter acquirienda non fuit difficultis , quid est difficile ? Quod enim sponte acceptarit ,


probat nimiam suam charitatem ; non
verò non esse arduum , quod accepta-
vit : alias similitèr dici poterit Christum
in tormentis non exercuisse patiētiam

50 Animas Purgatorij habere ha-
bitum , & actum spei constans est Theo-
logorum sententia , cum Div. Thom.
quæst. 18. art. 3. apud Ripalda suprà,
Oviedo num. 30. Albend. num. 71.
Palanco quæst. 13. & idem dicendum de
eis qui fuerunt in Limbo. Lorca disp. 9.
num. 8. dicit, non fore absurdum rele-
gare spem ab animabus Purgatorij , &
eam relegat Castillo disp. 1. quæst. 13.
Placet communis sententia. Prob. De-
siderium de beatitudine futura , quia
nobis bona , est actus spei. Sed animæ
Purgatorij habent tale desiderium : er-
go & actum spei.

51 An in infideli non desperante
detur habitus spei ? Communis senten-
tia negat ; sed non omnes eadem ratio-
ne , & fortè nec efficaciter probant.
Quando corruit fundamentum virtu-
tum deficiunt virtutes. Sed in infideli,
& hæretico deficit fides , quæ est fun-
damentum spei : ergo deficit habitus
spei. An in damnatis detur spes aetua-
lis , aut habitualis ? Nullus est qui affir-
met;

met. Ratio est : quia in illo misero statu spoliatur anima omni dono supernali, & præcipue dono spei, cum eorum beatitudo proponatur impossibilis.

52 An damnati possint habere alium spei de aliorum salute? Ratio dubitandi oritur ex Lucæ 16. *Mitte Lazarum, habeo enim quinque fratres, ut reseretur illis, ne , & ipsi veniant ad hunc locum tormentorum.* Deinde, quia salus aliorum proponitur futura. *Resp.* cum communi sententia, in damnatis non posse dari spem Theologicam supernaturalem ; imò neque honestam. Ex regula generali negante illis actus honestos. Spes aliqua naturalis potest dari : quia in hoc non est inconveniens ; præsertim, cum ipsi desiderent, ne augeantur pœnæ quæ aliorum damnatione angerentur ; verum hæc spes non erit honesta cum ex multis capitibus ab eis vitietur.





DISPUT. II J. De absentia, futuritione, & arduitate requisita ad Spem.

Div. Thom. quest. 17. art. 1. ait:
Obiectum spei est bonum arduum futurum, possibile haberi. Ideoque omnes Interpretes Div. Thom. agunt de his conditionibus spei.

SECTIO I.

An, & qua ratione obiectum spei debeat esse arduum?

Hanc quæst. potius esse de nomine, quam de re no-
tant Coninc, & Arriaga infrà. *Sup. 16.*
Arduitatem, non esse propriam spei in
quarto modo: quia communis est alijs

virtutibus; fortitudo enim, ad quam spectat graves sustinere cruciatus, respicit obiectum arduum. Item arduum est moderare delectationem gustus, &c. quod pertinet ad temperantiam; & sic de alijs. *Sap.* 2. Quæstionem non procedere de spe prout est virtus Theologica; sed de spe genericè sumpta; prout comprehendit spem Philosophicam, & passionem spei. Et non de quocumque actu spei: quia amor strictus, desiderium, & gaudium non exigunt arditatem. Vnde quæst. procedit de desiderio proprio spei, per quod spes denominatur talis. *Sap.* 3. Aliam spem esse physicam, aliam vulgarem: spes physica, seu physicè talis, est affectus efficax circa bonum absens futurum, distinctus à puro desiderio efficaci. Spes vulgaris est affectus efficax circa bonum absens proximum desperationi, & maximè distans à gaudio: ideo vulgariter non dicimus sperare amicum daturum chartam papiri, vel unum assem: quia non est proximum desperationi; sed ferè certo futurum.

2 His suppositis, communis Theologorum sententia apud Ripald. disp. 214 qm. 26, Quedo controv. I. punct. 43

Albendea disput. 2. quæst. 1. Palancor
quæst. 5. asserit obiectum spei debere
esse arduum; et si differant in arduitate
assignanda. Ripalda num. 28. dicit, non
esse necessarium actum strictæ spei ob-
iectum esse arduum. In hanc sententiam
inclinare videntur Vazq. Gasp. Hurt.
Torres iofrà, qui arduitatem in eo po-
nunt, quod obiectum ab alio depe-
deat, et si sit facile acquirendum. Et Pe-
trus Hurt. qui arduitatem ponit in eo,
quod obiectum spei sit magnum. Et
Suarez eam ponens in eo, quod obie-
ctum spei sit magnum, aut ab alio de-
pendeat, hi inquam inclinare videntur
in sententiam Ripalda: quia obiectum
facile acquirendum impropiè dicitur
arduum, iuxta communem modum lo-
quendi, & rectè componitur obiectum
esse magnum, & ab alio dependens, &
esse facile acquirendum.

3 Dico 1. Ad actum spei frequen-
tè datur arduitas, seu obiectum, quod
solemus sperare frequentè habet ardui-
tatem vnde cumque sit. Hæc conclusio
constat Div. Thom. hic quæst. 3. ex
communi consensu Theologorum, qui
consensus sufficit pro ratione. Prob. 2.
Quia quod solemus sperare præter be-
ne

titudinem, est, liberari à malis corporis, & animæ, superare difficultates, quas sentimus, habere quæ necessaria sint ad vitam quietam, & pacificam, & ea pro quibus oramus. Sed hæc omnia frequentè habent arduitatem iam ex hoc, iam ex illo capite: ergo ad actum spei frequentè datur arduitas: & obiectum, quod solemus sperare, frequenter habet arduitatem. Hinc sequitur, cum ex illo celebri Philosophi, *Quod frequentè accidit, hoc esse dicimus.* Sequitur inquam, quod cum in his, quæ speramus frequentè detur arduitas, obiectum spei dicatur arduum; ex hoc tamen non sequitur, quod arduitas sit necessario requisita ad omnem actum spei, neque ad omnes actus spei Theologicæ.

4 Ideò existimo cum Ripalda. Ad actum strictæ spei genericè sumptæ non esse necessarium eius obiectum esse arduum. Prob. Nullus est conceptus, in quo stare possit arduitas requisita ad spem genericè sumptam: ergo arduitas non est necessaria ad spem genericè sumptam. Prob. ant. recensendo capita. In primis Vazq. 1. part. disput. 44. & 84. & 235. Gasp. Hurtad. disp. 1, diffic.

diffic. 2. Torres disp. 60. dub. 1. consti-
tuit arduitatem determinatè neces-
sariam ad spem in eo , quod eius obie-
ctum sit assequibile alterius auxilio,
sive facile , sive difficultè sit assequi-
bile. Sed obiectum esse assequibile alte-
rius auxilio , non est obiectum esse ar-
duum , nisi minus propriè loquamur:
ergo iuxta hunc conceptum arduitas
non est requisita ad spem. Prob. min.
Quod est facile assequibile non est ar-
duum , nisi minus propriè loquamur:
quia arduum idem sonat , ac difficile.
Sed potest aliquid esse assequibile alte-
rius auxilio , & esse facile assequibile,
ut fatentur : Quia iustus alieno auxilio
acquirit augmentum gratiæ , & illud
facile acquirit per actum faciem virtu-
tis : ergo obiectum esse assequibile alte-
rius auxilio non est obiectum esse ar-
duum , nisi minus propriè loquamur.

5. Prob. 2. Male assignant hi AA:
arduitatem requisitam ad spem deter-
minatè in eo , quod eius obiectum sit
assequibile alterius auxilio : ergo no n
consistit determinatè in tali conceptu
arduitas spei. Prob. antec. per au-
xiuum alienum intelligitur aliena pote-
stas. Sed iuxta D. Thom. in disputatis

quæst. vnic. de Spe, art. 1. Quandoque sperat quis aliquid adipisci per propriam potestatem; quandoque per auxilium divinum. Et 1. 2. quæst. 42. art. 3. ad 1. Spes est de bonis, que potest aliquis adipisci; potest autem aliquid bonum adipisci per se, vel per alium: ideoque potest esse spes de actu virtutis, qui est in nostra potestate constitutus: ergo male requiritur ad arduum spei, quod eius obiectum sit assequibile alterius auxilio. 2. Plura sufficientem habent arduitatem, & si nostra potestate sint acquirenda: ergo potest dari arduitas sufficiens ad spem, & si obiectum sit assequibile, & non alterius auxilio. Prob. ant. Arduum est vincere potentem, & si proprijs viribus possit vinci. Arduum est acquirere sapientiam, & si propria industria, pro vigili eura, & magno labore possit acquiri. Arduum est iejunare, ferre dolores, infamiam, & alia huiusmodi: ergo plura sufficientem habent arduitatem, & si nostra potestate possint acquiri cum concursu generali Dei.

6 Petrus Hurtado disp. 96. §. 58. constituit arduitatem requisitam ad spem in eo, quod eius obiectum sit in-

gens bonum ; & pro se citat Arist. ^{et} *Æthicorum*, vbi spem contraponit timori : & timor non est , inquit , nisi de magno malo , & Div. Thom. I. 2. quæst. 40. art. 1. dicentem , *Non enim quis dicitur sperare minimū , quod est in sua potestate , ut faciat.* Et ibi ad secundum , *bonum , quod non est arduum , quasi nihil reputatur :* & addere potest D. Thom. in 3. dist. 26. *Arduum additum quandam specialem rationem bonitatis , scilicet preciositatem quandam ex eo , quod de facili non habetur : sicut dicitur omne rarum charum.* Et hic quæst. 18. art. 2. ad 4. Ita etiam Palanco quæst. 5. numer. 8. Verum hi AA. potius videntur negare arduitatem esse requisitum ad spem , quam statuere concepium arduitatis. Prob. Christus poterat sperare magnam gloriam per actum virtutis facilem , idem de B. Virgine. Sed acquirere gloriam per actum facilem non est arduum , nisi minus propriè loquamur : ergo obiectum esse magnum , & ingens non est esse arduum , nisi minus propriè loquamur. Similiter si Deus omnino liberaliter promittere alicui gloriam sine labore obtinendam , posset eam sperare ; & gloria esset magnum bonum:

& propriè loquendo non esset arduum;
ergò.

7. 2. Etsi obiectum spei Theologicæ sit magnum bonum , scilicet spei desiderantis salutem , & etiam obiectum spei vulgaris , quo sensu ait D. Thom. non sperari minima , quæ sunt in nostra potestate , & in æstimatione , quasi nihil reputari , quæ non sunt ardua : rectè potest dari spes physica de bonis minimis : ergo arduitas requisita ad spem ; metaphysicè , & essentialiter loquendo , non consistit in eo , quod eius obiectum sit magnum. Prob. ant. Possimus desiderare bona minima , dum sunt possibilia : ergo dum sunt futura possimus ea sperare. Prob. cons. Affectus efficax obiecti , qui non est solum desiderium , est spes. Sed affectus efficax circa obiectum exigens futuritionem obiecti , non est solum purum desiderium ; quia desiderium pure tale , non exigit futuritionem obiecti : ergo talis affectus est spes. Explicat. Possimus desperare bona minima dum sunt impossibilia. Sed obiectum materiale desperationis , & spei est idem ; ergo possimus sperare bona minima , dum sunt futura. Mai. prob. Obiectum des-

perationis est bonam impossibile: & desperatio est nolitio boni, quia impossibilis: quæ nolitio dari potest circa bona minima, dum sunt impossibilia. Propter easdem rationes non consistit arduitas requisita ad spem in eo, quod obiectum sit supernaturale, aut altum: quia licet haec requirantur ad spem desiderantem beatitudinem, vel ad spem vulgarem; non tamen ad spem genericè sumptam, ut constat ex dictis, & magis constabit ex dicendis in probatione directa nostræ conclusionis.

8 Arriaga disp. 26. Lorca sect. 2.
disp. 1. Castillo disp. 1. quæst. 5. constituunt arditatem requisitam ad spem in impedimentis redditibus obiectum spei incertum, & contingens. Falso tamen, quia animæ Purgatorijs, V. V. Maria, Apostoli iuxta omnes præter Castillo, habuerunt spem beatitudinis. Sed beatitudo respectu illorum erat certa: ergo non requiritur obiectum spei esse incertum: & consequenter male ponitur determinatè arduitas requisita ad spem in incertitudine obiecti. Prob. min. cavendo, solutionem: Eatenus non esset certa beatitudo respectu illorum, quatenus quamvis habeant iudicium

rium certum fidei de beatitudine ; sola scientia excludit incertitudinem obiecti. Sed falsum est , & omnino voluntarium , solam scientiam excludere incertitudinem obiecti : quia actus fidei certior est actu scientiae , vt suo loco diximus : ergo respectu illorum erat certa beatitudo.

9 Dices : Actus ille fidei asserebat gloriam eventuram Apostolis liberè , tam ex parte dantis , quam merentis ; & actus affirmans aliquid eventurem liberè , relinquit illud incertum : quia libertas est contingentia , & incertitudo eventus. Contra. Ex hoc sequitur , Deum non cognoscere certo nostros actus libero , vel saltem sequitur actus liberos non esse certo eventuros consequenter ad scientiam , & visionem Dei ; si ergo certum est , nostros actus liberos , futuros , consequenter ad scientiam Dei ; cur non erit certum beatitudinem futuram liberè consequenter ad actum fidei , de futuritione libera beatitudinis ? Et ratio est : quia aliud est obiectum liberum esse in se contingens , & incertum , quod est esse obiectivè incertum anter ad suppositionem de eius existentia ; aliud est obiectum illud esse intentio-

nasitè , & subiectivè incertum , quæ
incertitudo sanè constituere aliquam
arduitatem ; secus prima. Sed respectu
certo indicantis bonum futurum liberè ,
non datur incertitudo intentionalis , &
subiectiva boni : quia datur certitudo
intentionalis : ergo respectu sic iudi-
cantis non est incerta beatitudo , et si
futura sit liberè . Quod autem datur loc
eus timori cum certitudine beatitudi-
nis futuræ , non impedit dari spem ;
quia ad spem vulgarem , & proximam
desperationi requiritur dari locum ti-
mori : & consequenter communitè
spetans beatitudinem timet , aut saltem
timere potest ; non verò determinatè
requiritur ad spem , quod detur locus
timori .

10 Coninc disput. 9. num. 19.
Gran. tract. 1. disp. 3. Mæratius dis-
put. 31. sect. 1. Ovied. controv. 1.
num. 43. dicunt , arduitatem requisi-
tam ad spem consistere in quavis diffi-
cultate , vel circumstantia de se induc-
ta timoris , anxietatis , aut doloris , si-
vè hæc fit contingentia , aut dilatatio
boni , aut difficultas mediorum , non
designando materiam determinatam ,
quæ requisita sit ad arduitatem . Ad

mōdum quo locus definitur, *Vltimā superficies corporis*, quin determinetur, an hæc superficies sit cœlum aér, aqua, vel terra: idem dicunt Salmantenses, & Albendea supra à num. 61. Addit tamen à num. 67. assignari posse pro arduitate difficultatem determinatam, scilicet, diuturnitatem benè operandi: quæ & continet difficultatem, & reperitur in omnibus subiectis, quibus conceditur spes, vt in Angelis, & hominibus. Hic conceptus inter omnes aptior, non est verus.

11. Et incipiendo ab hoc vltimo: Si ei opponas Christum privatum gloria animæ, vt potuit privari, potuisse eam sperare, & non haberet difficultatem diu benè operandi: nam ea difficultas solum est propria illorum, qui possunt benè, & male operari. Concedit tunc dandam esse in Christo difficultatem diu benè operandi positivæ: quæ consistat in defatigatione, molestia, & fastidio, quod causat semper benè operari. Hæc ille: quo iure nescio, quia ardenter amans Deum, non sentit difficultatem in exercendis operationibus gratis amato, & continuo exercendis prægustum, quem sentit,

præ-

præfertim si opera , vt supponit aliunde non sint ardua : vt patet in Magdalena semper cogitante in Christo amato , & in virtutis sanctis , quibus dum erat non cogitare de Deo . Sed Christus penè infinitè amaret Deum ergo non esset ei durum semper amare .

2. Quia ex hoc sequitur de facto fuisse Christo difficile diu se exercere bene positivè operando operibus alijs facilitibus : quod non ausim dicere , nec credere .

3. Si alicui recente baptizato promitteret Deus beatitudinem immediatè dandam post confessionem imperfectionum , ipsi facilem , posset sperare salutem : quia posset desiderare salutem desiderio exigente futuritatem salutis : & tunc non daretur difficultas diuturnitatis in bene operando ergo hæc non est necessaria ad spem .

4. Boni Angeli potuerunt sperare , imò sperarunt salutem . Sed hi , utpote tam brevi salvari non habuerunt diuturnitatem difficultem operationis : ergo hæc difficultas , non est determinatè requisita ad spem : itaque aliud est hanc difficultatem communitè dari , & hoc est verum , esse tamen determinatè requisitam ad spem , vt intendit , videtur falsum .

12 Impugnatur sententia relata
 magis generaliter. Spes est connatus effi-
 cax circa obiectum distinctus à puro
 desiderio. Sed potest dari connatus effi-
 cax circa obiectum distinctus à puro
 desiderio, qui non exigat obiectum esse
 arduum : ergo spes non exigit eius ob-
 jectum esse arduum. Prob. min. Connat-
 tus circa bonum exigens futuritionem
 obiecti est distinctus à puro desiderio:
 quia desiderium solum exigit possibili-
 tatem obiecti. Sed potest dari connatus
 circa bonum exigens futuritionem ob-
 jecti , qui non exigat obiectum esse ar-
 duum : ergo potest dari connatus effi-
 cax circa bonum distinctus à puro de-
 siderio , qui non exigat obiectum esse
 arduum. Prob. min. Potest dari con-
 natus efficax circa bonum facile asse-
 quibile exigens futuritionem obiecti:
 quia quando illud obiectum appetet
 possibile potest desiderari : & quando
 appetet futurum potest dari affectus es-
 sentialiter liber , essentialiter pendens à
 propositione futuritionis sic tendens,
*Desidero efficaciter beatitudinem , quia
 futuram :* ergo potest dari connatus ef-
 ficax circa bonum assequibile exigens
 futuritionem obiecti.

13. 2. Spes necessario differt à puro desiderio. Sed non differt necessario per arduitatem: ergo solum differt necessario: quia spes necessario pertinet futuritionem, & desiderium solam possibilitem. Prob. min. Quando bonum arduum apparet possibile, possumus illud desiderare affectu intrinsecè respiciente arduitatem: & quando idem bonum apparet futurum, possumus illud sperare. Sed tunc differt spes à desiderio, & non per arduitatem: ergo spes non differt necessario à desiderio per arduitatem. Prob. mai. Quia potest dari desiderium essentialiter supponens cognitionem arduitatis, v. gr. desiderium sic tendens, *Quamvis bonum apparet arduum, illud desidero: Imò sèpè* solemus desiderare, & magis aestimare, quæ magis ardua, & difficultia apparent: quia hoc ipso sunt aestimabiliora, ut ait Div. Thom. in 3. dist. 26. quest. 1. art. 2.

14. Explicat. Affectus efficax circa bonum facile, exigens futuritionem obiecti, distinguitur à puro desiderio. Sed hic affectus non pertinet ad potentiam concupiscibilem: quia ad hanc sufficit possibilitas: neque est aliud primum
De Spe, & Char. I cipiumque

cipium, ad quod pertineat, nisi ad pa-
sionem, vel virtutem spei: ergo ad il-
lam pertinet. 2. Angeli, Beatissima
Virg. & Christus potuerunt habere
certitudinem beatitudinis facile acqui-
rendæ ex promissione Dei. Sed hi po-
tuerunt sperare beatitudinem: imo
SS. PP. existentes in Limbo sperabant
beatitudinem, & beatitudo non erat il-
lis ardua pro eo statu: quia iuxta Div.
Thom. in 3. ad Annibaldum, dist. 26.
quæst. vnic. artic. 4. ad 5. ibi nullum
habebant cruciatum, afflictionem, aut
dolorem. Et quamvis 3. part. quæst. 52.
art. 2. ad 2. & 4. dicat, in eo statu ha-
bere afflictionem; non tamen est ratio,
ut summa maiorem habeat fidem, quam
explicationes in librum Sententiarum.
3. Potest dari actus, qui moveatur ex
gloria futura, quamvis facile acquiren-
da. Sed hic actus elicetur ab habitu
spei: quia respicit motivum spei, & eius
obiectum non est arduum: ergo non est
de ratione spei, quod eius obiectum sit
arduum. Min. patet ex dictis.

15 Hinc est Div. Thom. dicentem
quæst. 17. artic. 1. & 1. 2. quæst. 4.
obiectum spei esse arduum, loqui de
obiecto spei Theologicæ, prout nunc

communitè decreto , & prout à nobis de facto assequibili ; non verò de obiecto spei Theologicæ absolute sumptos ; & multo minus de obiecto spei generice sumpto. Sicut eadem quæst. 17. artic. 5. distinguit spem à magnanimitate in eo, quod spes sit de bono ab alio obtinendo , ubi clare loquitur de obiecto spei Theologicæ : quia suprà vidimus Div. Thom. dicere , posse sperari , quæ sunt in nostra potestate: & similiter intelligendus est , quando dicit , spem pertinere ad irascibilem potentiam , cuius munus est versari circa res arduas , scilicet communiter pertinere : sicut communiter dicitur fidem esse obscuram ; hoc est , solum esse evidenter moraliter ; & tamen , ut diximus , potest dari fides metaphysicè evidens , quamvis actus frequentes fidei solum sint moraliter evidentes , & sicut actus frequentes spei pertinent ad concupiscentiam : & ut diximus possunt dari actus spei , qui non sint concupiscentiae .

16 Dices ex Albendea disput. 2. quæst. 1. à num. 9. possibilis est affectus efficax procurativus boni , qui moveatur ex motivo spei , & ordinetur ad vincendas difficultates . Sed hic affectus

per se requirit arduitatem , & aliunde est spes : ergo spes est affectus petens arduitatem . Consequentiam non bene percipio ; quæ deducitur est hæc : ergo possibilis est alius spei petens arduitatrem , quod est verum : ex eo tamen , quod aliquis actus spei petat arduitatem , non bene probatur , omnem actum spei petere arduitatem , quod debebat probare . *Insistit :* Omnis actus efficaciter tendens in bonum cum circumstantia difficultatis vincendæ , respicit obiectum arduum . Sed talis est spes : ergo &c . Min . probat ex D . Thom . in 3 . dist . 26 . quæst . 1 . art . 2 . sed contra , *Spes est ad bono , quod est difficile ad habendum , proper quod dicitur arduum .* *Resp . conc . mai neg . min .* Ad prob . D . Thom . loquitur de obiecto primario spei Theologicæ , prout nunc decreto , & prout à nobis de facto consequibili , quod quidem de facto est arduum ; non verò loquitur de obiecto necessario spei Theologicæ : & multo minus de obiecto spei generici sumptu .

17 *Vrget :* Affectus efficaciter tendens in bonum commodum subiecto , qui est erectio animi ad vincendas difficultates occurrentes , respicit obiectum .

Num arduum. Sed talis est actus spei
vel assigna in quo consistat : ergo &c.
Resp. permis. vel conc. mai. dist. min.
Talis est actus spei Theologicæ frequen-
ter talis , conc. min. semper talis , neg.
min. immo spes genericè sumpta non est
talis , permis. mai. Quia si erectio ani-
mi sumatur pro hilaritate, & securitate
consequendi, omnis spes est effectio ani-
mi ; secus si sumatur pro respectu ad
difficultates. Actus ergo spei consistit
in tendentia efficaci ad bonum futu-
rum, qui pertinet ad irascibilem, quan-
do bonum fuerit arduum ; & quando
non fuerit arduum, ad concupiscibilem

18 Dices : In appetitu sensitivo
datur passio circa obiectum arduum,
scilicet irascibilis passio : ergo in appet-
itu intellectuali debet assignari passio
circa obiectum arduum. Sed haec non
est alia , quam passio spei , vel habitus
spei : ergo habitus , vel passio spei ne-
cessario respicit obiectum arduum.
Resp. conc. ant. neg. cons. Quia idem
habitudo , & passio potest tendere circa
obiectum arduum , & non arduum , si-
cūt tendit eadem voluntas : alias sicut
in appetitu sensitivo assignatur passio
pertinens ad potentiam irascibilem pro-

obiectis arduis : & passio pertinens ad concupiscibilem pro non arduis : assig-
nandus esset duplex habitus pro actibus qui moventur ex motivo spei: alias pro actibus exigentibus futuritionem obie-
cti ; alias pro actibus non exigentibus futuritionem : quales sunt complacen-
tia , desiderium , & gaudium de beatitudine , quæ , ut diximus , pertinent ad virtutem spei: ex Roman. 12. *Spe gaudentes* , ex Div. Thom. in tertium dist. 26. quæst. 1. artic. 2. ad tertium , *Spes delectationem facit.*

SECTIO II.

De absentia requisita ad spem.

19 **S**up. Obiectum spei debere

esse absens in aliquo verò sensu: ita communis sententia cum Div. Thom. quæst. 17. art. 1. Et ratio ex ipso est : Quia spes in eo differt à gau-
dio , quod gaudium est de bono posse-
so ; spes de bono futuro. 2. Ex eodem ,
1. part. quæst. 10. art. 1. In eo diffe-
runt gaudium , & desiderium , quod
gaudium est quies in bono ; desiderium
est motus ad bonum. Sed nemo move-
tur

tur ad acquirendum bonum, quod iam habet: ergo cum spes sit desiderium, tendit in bonum non habitum, nec possessum. Objectum spei debere esse positivè, realiter absens dicit Palanco quæst. 6. num. 24. Objectum spei non debere esse absens realiter, & ex parte objecti, patet ex D. Thom. quæst. 17. art. 5. ad 3. *Spes importat respectum ad auxilium divinum, sive id quod speratur, differatur, sive non, & probatur: Non requiritur ad spem maior absentia, quam illa, qua differat à gaudio: quia propter hanc distinctionem exigit D. Thom. futuritionem ad spem. Sed ut spes differat à gaudio, non requiriatur absentia à parte rei: ergo ad spem non requiritur absentia à parte rei. Prob. min. Gaudium non requirit præsentiam à parte rei. Sed solum præsentiam intentionalem, seu in existimatione: ergo ut spes differat à gaudio non requiritur absentia à parte rei, sed sufficiet absentia intentionalis.*

20 Prob. 2. Eatenus requireretur ad spem absentia à parte rei, quatenus spes est motus in bonum. Sed ad hoc non requiritur absentia objecti à parte rei: ergo &c. Prob. min. Actio est

motus in terminum , & datur in eodem instanti ac terminus. Ultima dispositio ad formam , & ad gratiam , est motus ad formam , & ad gratiam , & forma datur in eodem instanti , ac ultima dispositio. Actus imperans est motus ad imperatum , & datur in eodem instanti. Desiderium gratiae , est motus ad gratiam , & in eodem instanti , quo iustus desiderat gratiam , illam habet. Et ratio à priori est : quia affectus voluntatis non fertur in bonum prout est à parte rei ; sed prout apparet , seu est in existimatione : ideo desiderium , & spes genericè sumpta , quæ respi ciunt bonum , sæpè feruntur in obiectum in re malum. Sed obiectum in re præsens , potest apparere , seu esse absens in existimatione : ergo obiectum spei non debet esse absens à parte rei.

21 Difficultas est de absentia intentionali , hæc potest esse positiva , scilicet iudicium enuntians obiectum non existere , & negativa , scilicet carentia iudij enuntiantis obiectum iam existere. Et præcisiva , scilicet , quod potestas proxima , nec constituatur per iudicium de præsentia , nec per iudicium de absentia ; sed indifferens sit ut pro

Posteriori adveniat vnum, vel alterum;
 In primis, certum est ad spem requiri
 absentiam negativam, seu carentiam
 iudicij affirmantis pro priori, obiectum
 iam existere; quia spes est motus ad
 obiectum, & non potest dari prudens
 motus ad obiectum, quod presupponi-
 tur iam existens. Difficultas est, an ad
 spem requiratur absentia positiva sen-
 iudicium enuntians obiectum non
 existere? Ruiz de Voluntate disp. 52.
 Sect. 7. Ribad. de Voluntate, disp. 10.
 cap. 1. num. 5. citans Div. Thom.
 1. part. quæst. 10. art. 1. vbi negat
 spem, & desiderium in Deo, quia
 quidquid est, est præsens Deo, & eius
 Scientiaz, dicunt ad spem, & desiderium
 requiri absentiam positivam. Idem Fer-
 re tract. 3. de Spe, quæst. 8. Salmant.
 disp. 3. dub. 2. Albend. disput. 2.
 quæst. 2. à num. 13. addens ab omni-
 bus Thomistis defendi, vel supponi
 Palanco quæst. 6. num. 24. & ratio-
 nem præcipue adducit quæst. 14. à
 num. 22. ad 27. Oppositum dicunt
 Petrus Hurtad. disp. 96. sect. 6. Ripald.
 disp. 21. sect. 3. Ovied. contr. 1. nu-
 mer. 19. & qui in Deo concedunt de-
 siderium; inter quos Exim. P. Suar.
 lib.

lib. 3. de Attributis , cap. 7. Vazq.
1. part. disp. 84. cap. 1.

22 Placet hæc sententia. Prob.
Estenus ad spem , & desiderium requi-
reretur absentia positiva intentionalis,
quatenus sunt motus procurativi boni.
Sed hoc cap. non requirit in spe absen-
tiam positivam intentionalem : ergo
non requiritur talis absentia. Prob.
min. Potest quis affectivè , & procura-
tivè moveri circa bonum , quod scit
acquirendum per motum , & coëxtri-
turum esse motui : ergo ex eo quod
spes , & desiderium sint motus procu-
ratiivi boni , non requirunt absentiam
positivam intentionalem : Prob. ant.
Quia imperium est motus ad actiones
externas , & actus internos imperatos ,
& quisque scit actus imperatos acqui-
rendos esse per imperium , & coëxtri-
tuos imperio. Desiderium gratiæ in
iusto est motus ad gratiam , & iustus
scit , vel scire potest per revelationem ,
gratiam acquirendam , & coëxituram
esse desiderio.

23 Explicat. Ad imperium actus
interni , aut externi non requiritur ab-
sentia positiva intentionalis. Sed hæc
imperium est desiderium : ergo ad de-

siderium non requiritur absentia positiva intentionalis. Prob. min. Iuxta D. Thom. 1. 2. art. 2. corpor. Omnes affectus prosequutivi inter complacentiam, & gaudium, vel sunt desiderium, vel participant rationem desiderij: alias praeter affectus prosequutivos hucusque cognitos, qui sunt complacentia, desiderium, spes, & gaudium, iuxta D. Thom. 1. 2. quæst. 25. artic. 2. & Theologos daretur alias affectus prosequutivus innominatus. Sed imperium, neque est complacentia, neque gaudium actus imperati, ut patet: ergo est desiderium, vel participat rationem desiderij. Imò verò similius iudico Angelis, & primo homini infusam esse gratiam in primo instanti, præcedente dispositione, quæ erat motus ad gratiam, & vidimus disp. 12. de Fide, & cum notitia de coëxistentia gratiæ dispositioni, si daretur dispositio. Cum autem D. Thom. negavit in Deo desiderium, illigendus est, cum Suarez, & Vazquez de desiderio circa suas perfections essentiales: quia hæ præsupponuntur ad eius affectum; rectè tamen desiderare potest, quæ à solo Deo dependent, vt existentia alterius mundi,

resurrectio mortuorum, contra Ruiz; cum desiderium non semper fundetur in indigentia, & desiderare potest, quæ pendent à Deo, & creatura, ut nostra salus, quod communis conceditur.

24 Dices ex Ribadeneira: Ad Ipm, & desiderium requiri absentiam positivam: quia de ratione desiderij est affligere, & cruciare animum, quod non accideret, si non daretur absentia positiva intentionalis obiecti. Contra; Licet desiderium per accidens, & aliquando affligat animum, non est de essentia desiderij talis cruciatus, nec aliud cruciatus, quam consistens in tendentia ad obiectum præcisivè absens, seu in motu ad illud. Sed ad hos motus non requiritur per te absentia positiva intentionalis: ergo neque ad desiderium. Mai. prob. ex D. Thom. 1. 2. quæst. 32. art. 2. ad 2. *Spes in quantum caret presentia sui obiecti causas afflictionem:* & art. 8. ad 2. *Per accidens est,* quod causet tristitiam, cui consonat illud Prov. 14. *Spes, qua differtur affligit animam:* ergo iuxta D. Thom. & Scripturam, per accidens est, quod spes, & desiderium affligat animum. Plura dicimus infra contra Albend. idem dicentes.

Dices;

25 Dices: De ratione desiderij est tendere in obiectum sub cognitione formidolosa de consecutione, & cum timore, ad quod requiritur absentia positiva intentionalis. *Contra*: Quia Christus, Sancti PP. in Limbo, Animæ Purgatorij desiderarunt gloriam, & non habebant cognitionem formidolosam, neque timorem de consecutione. Idem credo accidisse Beatif. Virg. Si ergo potest quis certus de consecutione gloriae illam desiderare, non erit absentia desiderij tendere cum timore, & sub cognitione formidolosa de consecutione. Ad spem ergo sufficit absentia praecisiva, seu intentionalis negativa consistens in carentia iudicij affirmantis pro priori, iam existere obiectum, iuxta Paul. ad Rom. 8. *Spes, quæ videtur non est spes: nam quod vult quis, quid sperat?* Et quia sic sufficienter distinguitur spes, & desiderium à gaudio; quamvis de facto circa beatitudinem solum habeamus spem de re posse tive absenti, iuxta Paul. supr. *Si autem, quæ non videmus, speramus, per patientiam expectamus.*

26 Obijc. ex Ferre: Futurum est, quod non existit; sed existet. Sed de eadem

eadem re nequit verificari in eodem instanti non existit; sed existet: alias darentur res, & carentia pro diversis signis: ergo cum obiectum spei sit futurum, pro nullo instanti, in quo existit potest, terminare actum spei. 2. Carentia gloriæ contradictorie opponitur gloriæ: adeoque non possunt coniungi in eodem instanti pro diversis signis. Sed spes gloriæ essentialiter dicit carentiam gloriæ in futuritione inclusam: ergo spes nequit coniungi cum gloria adhuc pro diversis signis. Argumentum magis intendit requiri absentiam physicam, quam intentionalem.

Resp. dist. mai. Futurum physicè tale est, quod non existit; sed existet, permit. mai. futurum intentionaliter tale, subdist. futurum intentionaliter positivè tale, conc. mai. futurum intentionaliter negativè tale, vel præcisivè pro signo libertatis, neg. mai. & hoc futurum est obiectum requisitum ad spem propter rationes datas. *Ad 2.* conces. mai. neg. min. Quia futuritio gloriæ requisita ad spem, non est futuritio physica, seu physicè futura; sed futuritio intentionalis negativa pro priori, seu præcisiva, quæ neque includit, neque

que importat carentiam gloriae pro instanti spei.

- 27 Obijc. ex Palanco: Omnes definiunt obiectum spei per esse futurum. Sed nemo definit rem per id, quod pure negativè, seu præcisivè importat: ergo obiectum spei non pure negativè, seu præcisivè est futurum; sed positivè.
2. Aliter petit obiectum spei esse futurum, quam obiectum amoris stricti: quia ad primum exigitur futuritio, secus ad secundum. Sed obiectum amoris stricti importat esse futurum negativè, seu præcisivè: quia præscindit à præsencia, & absentia: ergo obiectum spei non solum præcisivè; sed positivè importat esse futurum.
3. Si sufficeret hæc absentia præcisiva posset in Deo dari spes, & desiderium circa bona creata. Sed hoc est contra D. Thom. qui 1. part. quæst. 20. art. 1. ad 2. negat Deo desiderium, eo quod ex parte obiecti formalis dicat imperfectionem, nempe quod bonum sit non habitum, seu absens: ergo.
4. Futuritio sine addito alienante significat ordinem durationis posterioris; non præcisè causalitatis, & naturæ. Sed obiectum spei definitur per esse futurū absolute, & si ne alienatione: ergo:

28 Argumentum, ut vides non solum petit ad spem, & desiderium absentiam intentionalem; sed etiam absentiam physicam, & realem, quod est difficilior. *Resp.* dist. mai. Definitnr per esse futurum non ponendo in definitione; sed relinquendo ad questionem hanc, vel illam futuritionem, conc. mai. ponendo in definitione determinatam futuritionem, & nullam questionem circa illam, neg. mai. & dist. min. nemo definit rem per id, quod pure negativè, & præcisivè habet, ponendo id in definitione, conc. min. relinquendo id ad questionem, neg. min. & cons. Quia hoc accidit in quavis definitione, in qua aliqua ponuntur determinate; alia relinquuntur ad questionem. Sic obiectum spei dicitur futurum, & quavis futurum sumptum absolutè, & sine alienatione, sumatur pro absolutè futuro; sufficit ad spem, quod sumatur pro conditionatè futuro. Sic obiectum spei est arduum, & relinquitur ad questionem, an sit propriè, an minus propriè arduum? & sic de alijs. *Ad 2.* concess. mai. disting. min. & obiectum amoris stricti non petit esse futurum adhuc conditionatè, conc. min. & petit esse saltem

Taltem sit futurum, ut petat obiectum spei, neg. min. & cons. *Ad 3.* iam diximus disp. 2. sect. 4. in Deo non dari spem, & quare; dari tamen potest desiderium circa bona sibi extrinseca, v.gr. circa nostram salutem, & alia, ut diximus. *Ad 4.* dist. mai. Futuritio sine alienante non præscindens ab alienatione significat ordinem durationis posterioris, conc. mai. præscindens ab alienatione, neg. mai. & dist. min. definitur per esse futurum sine alienatione, ab ea præscindendo, seu quia ab ea præscindit, conc. min. non præscindendo, neg. min. & cons. sicut obiectum spei definitur per esse futurum absolutè sine alienatione. Futurum absolutè sine alienatione est *absolutè futurum*; non conditionatè præcise: & tamen plura obiecta præcipua spei, v.gr. beatitudo plurium, non est absolutè futura; sed solum conditionatè futura.

29 Obijc. ex Salmantic. Ad veram futuritionem non sufficit posterioritas naturæ: ergo licet singatur actum præcedere pro priori natura ad obiectum, obiectum non habebit sufficientem futuritionem. Prob. ant. Forma est posterior materia, & non habet futuritionem.

De Spe, & Char.

X

ref.

respectu materiæ. Visio beatifica est posterior lumine, & non habet futuritionem respectu luminis. Imò Filius Dei est posterior Patre, & non habet futuritionem respectu Patris. *Resp. dist.* ant. Ad veram futuritionem physicam non sufficit posterioritas naturæ, conc. ant. ad futuritionem intentionalem negativam, & præcisiavam, neg. ant. Quia ad hoc sufficit non constituere potestatem ad actum iudicium de existentia obiecti, ut iam existentis, neque carentiam iudicij de non existentia in illo instanti. Ad prob. Visio beatifica habet sufficientem futuritionem respectu luminis, ut lumen intèdat, & exigat visionem. Item suo modo, sed locutio vitanda, similem futuritionem habet Filius respectu Patris in divinis.

30 Vrgent a ij: Quod videtur existere pro omni priori instantis non potest iudicari non existens pro aliquo priori instantis. Sed quod videtur existere in instanti reali, videtur existere pro omni priori instantis: ergo quod videtur existere in instanti non potest iudicari non existens pro aliquo priori instantis; sed ut posset terminare spem, erat necessarium, quod posset iudicari

non existens pro aliquo priori instantis : ergo. *Confirm.* Spes non potest esse in eodem signo possessionis : ergo nec in alio : quia diversitas signorum non tollit oppositionem possessionis, & spei : & cum instantis sit indivisible, quod prō vno signo instantis durat, pro omni signo instantis debet durare.

31 Sæpè illidunt ad hunc lapidem : quia doctrina signorum cum sit vera, & ab omnibus tenenda, non est familiaris. *Explicat. hæc doctrina.* Adversarij, & omnes dicunt, in eodem instanti comestionis posse advenire notitiam consequentem de præcepto ieunandi, quæ notitia non reddit illicitam comestionem: quia non adest pro priori, seu in signo apto ad retrahendum. Nunc rogo : Hæc notitia adveniens pro posteriori constituit libertatem? Est ne in signo apto ad retrahendum? Est in signo priori ad actum? Est ne in signo indifferentiæ? Minime dicis, & benè: ergo rectè componitur instantis esse indivisible, & quod aliquid existat in instanti, quin existat pro omni signo, & pro omnis priori instantis. *Aliter:* In eodem instanti datur indifferentia libertatis ex parte actus primi ad actum.

& determinatio ex parte actus secundi:
Rogo: Determinatio est ne in signo
indifferentiae: Diversitas signorum tol-
lit oppositionem indifferentiae, & de-
terminationis? Indifferentia datur in
signo determinationis?

32 Ne autem intelligas diversita-
tem signorum esse solum operationem
intellectus, accipe quid intelligatur
pro diversitate signorum: quid sit esse
in uno signo, & non in alio: quod ab
omnibus debet concedi. Diversa signa
nihil aliud est, quam diversae entitates
dicentes ordinem inter se. In eodem
instanti datur causa, actio, & terminus;
hoc est, in eodem instanti dari signum
causae, & postea signum actionis, & po-
stea signum termini. Terminus non con-
stituit potentiam proximam causae; hoc
est, terminum non existere in signo
causae: terminus non identificatur cum
actione; hoc est, terminum non exis-
tere in signo actionis. Diversitas signo-
rum non tollit oppositionem, quam di-
cit indifferentia, & determinatio; & ta-
men possunt coniungi pro diversis sig-
nis in eodem instanti: Quam opposi-
tionem dicunt indifferentia, & deter-
minatio? Hanc sanè: Quod determia-
tio

tio non constitutat indifferentiam, recte autem componitur, determinatio nem non constituere indifferentiam, & quod indifferentia, & determinatio sint in eodem instanti; nunquam tamen potest contingere quod determinatio constitutat indifferentiam: quia haec est oppositio, quam indifferentia habet cum determinatione. Hinc patet ad argumentum, nō indigens alia explicatione.

§. I.

33 Albendas supra, & latè, classis num. 81. Non requirit absentiam positivam intentionalem ex ratione generica motus procurativi; sed ex ratione specifica spei petens arduitatem, & ex ratione desiderij, quod est motus contristativus: ideo ait, recte posse conjungi desiderium gratiae cum gratia; non tamen cum cognitione gratiae adhuc adveniente cognitione pro posteriori. *Contra tamen. Iuxta Div. Thom. 1. 2. quest. 40. art. 1. Potest quis desiderare minimum, quod statim est in sua potestate, ut habeat. Sed desiderium per te, potest coexistere rei desideratæ: ergo potest quis desiderare mouere min-*

num, & quod talis motus coëxistat desiderio. Sed tunc potest coëxistere visio, & cognitio motus manus existentis ante oculos cum desiderio: ergo desiderium potest coëxistere cognitioni advenienti pro posteriori de existentiâ rei desideratae. Prob. min. Quando datur necessitas physica videndi motum, datur cognitio motus. Sed in instanti motus manus ante oculos, datur necessitas physica videndi motum: quia datur potentia visiva expedita, & obiectum applicatum: ergo &c. *Aliter:* Ex eodem principio D. Thom. possum desiderare habere visionem Petri desiderio coëxistente visioni Petri. Sed in eodem instanti visionis Petri daretur cognitionis visionis: ergo desiderium potest coëxistere cognitioni de existentia rei desideratae. Prob. min. Visio Petri non magis excitativa est cognitionis Petri, quam cognitionis visionis, & non magis applicata est ad unum, ac ad aliud. Sed in instanti visionis potest dari cognitionis Petri: ergo & cognitionis visionis. Idem argumentum fit in desiderio cognitionis Petri, coëxistente cognitioni: quia cognitionis reflectit supra se, aut per aliâ potest cognosci, & in alijs pluribus.

34 2. Potest quis habere hanc revelationem, si desideres gratiam, dabitur tibi in ipso instanti gloria. Quia iuxta Adversarios potest dari gloria in instanti meriti. In hoc casu datur cognitio gloriæ coëxistens desiderio gratiæ, & gloriæ. Prob. In hoc casu datur visio beans. Sed de ratione visionis beantis est cognoscere subiectum esse beatum: ergo &c. 3. Potest Deus revelare Petro, daturum ipsi in instanti A, notitiam de omni merito, quod habuerit in tali instanti, & quod in instanti meriti præmiabit ipsum augmento gratiæ. Nunc sic. Petrus potest desiderare gratiam in A, & potest ipsi conferri in tali instanti. Sed tunc habebit notitiam absolutam de existentia gratiæ: ergo desiderium gratiæ potest coniungi cum notitia de existentia gratiæ. Prob. min. Notitia conditionata de existentia gratiæ sub conditione meriti: & notitia absoluta de existentia meriti est notitia absoluta de existentia gratiæ (vel saltem tunc potest dari) sed tunc datur hæc notitia: ergo &c. 4. Potest Deus revelare Petro in instanti A, omnem scientiam contingentem, quam habet circa ipsum. Sed

Deus potest scire Petrum in A, desiderare gratiam, & dari ei gratiam intuitu desiderij: ergo haec potest Deus revelare Petro in instanti A. Sed Petrum cognoscere, Deum scire in Petro coniungi desiderium gratiae cum gratia, est cognoscere desiderium gratiae coexistere gratiae: ergo potest id cognoscere.

35. s. Ipse eavens solutionem fatetur: desiderantem obiectum coexistens desiderio, iudicare falso, obiectum non existere; et si desiderium praesertim supernaturale, non reguletur hoc iudicio falso; sed iudicio reflexo dicente, Desiderari potest obiectum, quod vero, vel falso indicatur absens. Nunc sic: Desiderium, per te, potest coexistere obiecto desiderato: ergo Christus potuit habere desiderium de conversione Magdalene, & de salute informorum, quae coexisteret desiderio. Sed ad desiderandum requiritur, per te, iudicium de non existentia obiecti: ergo Christus potuit habere iudicium falsum. Aliter: Desideria Cisti, vrpote efficacissima, trahebant rem desideratam maiori promptitudine possibili. Sed poterant rem desideratam trahere in instanti desiderij: ergo sic

erat liebant. Sed ad desiderandum requiri-
tur, per te, iudicium de carentia rei
desideratae: ergo quoties Christus de-
sideravit, vel saltem, ferè semper ac
desideravit, habuit iudicium falsum.

36 6. Oratio, & petitio est de-
siderium: quia iuxta D. Thom. 2. 2.
quæst. 83. *Oratio est interpres desiderij,*
& quia est actus intermedius inter
complacentiam, & gaudium. Sed
Christus frequentè oravit pro re
coëxistente orationi: ergo si ad desi-
derium requiritur iudicium de caren-
tia rei, Christus frequentè habuit iu-
dicium falsum. Aliter: Frequentè ora-
mus, *Et ne nos inducas in temptationem,*
sed libera nos à mala, & quidem ora-
mus, ut nos liberet à furto, v. gr. pro
instanti orationis. Sed per te sàpè res
desiderata coëxistit orationi, & qui non
furatur, cognoscit, se non furiari: er-
go &c. Aliter. Iuxta Adversarios poli-
ta gratia sufficienti, in eodem instanti
petimus gratiam efficacem ad non fu-
randum. Sed gratia efficax coëxistit
petitioni, & cognoscimus coëxistere,
quia cognoscimus non dari furtum: er-
go &c. Aliter Div. Thom. quæst. 83.
art. 1. ad primum, in illud Psalm. 9.

Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, Isaiae 65. Antequam clament, exaudiām eos, dicit : *Dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est, Deum exaudit* Nunc sic : pauperes petunt liberari à fame , à vehementi dolore : & res petita coëxistit desiderio. Sed pauperes cognoscunt liberari à fame , & à dolore statim , ac liberantur : quia incredibile est , hæc non cognosci : ergo iuxta Scripturam , & D. Thom. cognitio rei deside atque coëxistit desiderio.

37 Resp. quæst. 3. num. 51. disparitatem esse. Quia oratio , & petitio est actus intellectus practici per modum intimationis factæ superiori: ideo dicit orationem non requirere absentiam intentionalem : quod explicat exemplo imperij non poteris ex natura sua cognitionem de eo , quod res non sit facienda ab inferiori , ut videre est in imperio efficaci. Hæc solutio continet difficultatem exigentem longius examen. An oratio sit actus intellectus , an voluntatis ? Orationem esse actum voluntatis suadent Scripturae Psalm. 118. *Climavi in toto corde meo: exaudi me Domine.* Amb. of. *Ex toto corde meo.* Lorinus, *Exprimit vehementiam*

piam desiderij per clamorem. Sed cor significat voluntatem: ergo oratio pertinet ad voluntatem. Idem paſſim inuenies in Scriptura.

38. 2. Oratio, per te, ex Div. Thom. est desiderium explicatum, & iuxta Lorinum est desiderium expressum, & quidem desiderium praesens. Sed desiderium expressum, per te, non requirit absentiam intentionalem: ergo desiderium non requirit absentiam intentionalem. Prob. conf. Quia si desiderium expressum involvens desiderium, & expressionem non requirit absentiam intentionalem, quomodo eam requireret desiderium? *Aliter.* Oratio coexistit desiderio, à quo oritur, & quod explicat. Sed desiderium, per te, requirit absentiam intentionalem: ergo oratio, ut orta à desiderio requirit absentiam intentionalem. Vel è contra. Oratio coexistit desiderio, à quo oritur, & quod explicat. Sed oratio, ut orta à desiderio non requirit, per te absentiam intentionalem: ergo neque desiderium. 3. Eſi datur aliquod imperium pertinens ad intellectum: datur ſæpè imperium efficax pertinens ad voluntatem: quia datur

imperium immediate liberum. Sed imperium hoc est desiderium iuxta regulam suprà relatam ex D. Thom. quia est actus medians inter complacentiam, & gaudium: & per se imperium non requirit absentiam positivam intentionalem: ergo desiderium efficax non requirit absentiam positivam intentionalem.

39. Obijc. Ea absentia necessaria est ad spem, & eius proximam potestatem, quæ excludat præsentiam intentionalem boni oppositam motui spei. Sed sola absentia intentionalis positiva hæc habet: ergo hæc requiritur ad spem. Prob. min. Cognitio de possessione boni, ut existentie pro posteriori signo, opponitur motui spei. Sed sola absentia intentionalis positiva excludit cognitionem de tali possessione: ergo &c. Prob. mai. Cognitio de possessione boni sufficiens ad terminandum gaudium opponitur motui spei. Sed talis est cognitio de possessione boni existens pro posteriori: ergo &c. Prob. min. Deus gaudet de bono creaturarum Deo præsentium: & hoc gaudium supponit cognitionem creaturarum in Deo præsentium. Sed hoc cognitio est de possessione existente

stante pro posteriori quia bona creatu-
rarum sunt effectus actus voluntatis di-
vinæ: ergo cognitio de possessione exi-
stante pro posteriori ad effectum est
sufficiens ad gaudium.

40 Hæc obiectio confundit duos:
Aliud est, cognitio existens pro poste-
riori ad effectum, & ad potestatem pro-
ducendi effectum: & hæc constituit po-
testatem gaudendi existentem pro po-
steriori ad effectum. Aliud est, cogni-
tio existens pro priori ad effectum, seu
constituens potestatem proximam ad
effectum affirmans effectum possiden-
dum pro posteriori, seu futurum effec-
tum huius potestatis: & hæc visio sup-
ponitur à Thomistis causare proximè
nostros actus liberos; & nos negamus.
Prima cognitio non opponitur cum
potestate ad sperandum, neque cum po-
testate ad desiderandum: quia in instan-
ti, in quo speramus, cognoscimus spe-
rare iuxta Thomistas dicentes, actum
non futurum voluntarium, si non cog-
noscatur: & in ipso instanti possumus
desiderare habere spem. An verò secun-
da cognitio de futuritione boni pro
posteriori, existens pro priori stare
possit cum potestate ad sperandum, di-
cemus

cemus posteā. Argumentum intendit hanc secundam cognitionem esse , quæ datur in Deo : ideq; modo non est contra nos. Similiter respondetur ad aliam formam , qua primam explicans intendit, requiri carentiam iudicij de possessione existente pro posteriori : quia cognitio de existentia pro posteriori sufficit ad gaudium.

41 Resp. permis. quod ad spem requiratur carentia iudicij de possessione, ut existentis pro priori , & affirmantis possessionem extituram pro posteriori ; non tamen requiritur carentia iudicij existētis pro posteriori de possessione existente pro posteriori : quia libertas ad actum coniungitur iuxta vos cum cognitione certa actus : & hæc cognitio nequit existere pro priori , alias, vtpotè connexa cum actu , tollet libertatem. Deinde nihil obstat gaudium in Deo de bonitate creaturarum esse consequens ad possessionem , seu productionem , & ad potentiam productivam creaturarum: quidquid sit avis creaturarum in decreto sufficiat ad gaudium. Vnde in Deo pro signo libertatis ad decernendas creaturas, creature sunt absentes præcisivè , & negativè:

tivè: quia pro illo signo , vt potè indiferenti , non datur visio absolute creaturarum ; & consequenter potest illas desiderare. Posito decreto , potest gaudere ; sed gaudio existente pro posteriori ad decretum : sicut pro posteriori ad indifferentiam libertatis datur determinatio. Vnde decretum , quo Deus producit creaturas , si simul sit intentivum , & executivum , non potest esse gaudium de illis , si verò decretum executivum supponat intentivum , hoc decretum executivum potest esse gaudium de creaturis , vt visis in decreto intentivo: & iuxta Albiz disp. 4. de Volunt. potest esse amor strictus de creaturis in se ipsis : & iuxta Ribaden. de Volunt. disp. 10. cap. 6. potest neque esse amorem , neque desiderium , neque gaudium ; sed melius reducitur ad desiderium ; quia est procurativum creaturarum. Amor tamen quo Pater , & Filius producunt Spiritum Sanctum , cum supponat visionem de Spiritu Sancto pro posteriori , & nullam dicat absentiam intentionalem , dicendus est gaudium potius , quam alijs affectus.

SECTIO IIJ.

*De cognitione sufficienti, & requisita
ad spem.*

42 Sup. cum Suarez disput. 1:

sest. 8. Granad. contr. 2:
tract. 1. disp. 4. Ripald. disp. 26. sest. 1.
contra Coninc disp. 19. num. 101.
cognitionem dirigentem actum spei
debet esse intrinsecè supernaturalem:
quia omnis cognitio per se necessaria
ad actum entitativè supernaturalem de-
bet esse entitativè supernaturalis, sicut
cognitio per se requisita ad actum spi-
ritualem debet esse spiritualis, ideoque
cognitio per se requisita ad imperium
supernaturale fidei; & ad amorem su-
pernaturalem, debet esse supernatura-
lis. Dicit Coninc, in fidelis solum po-
sita cognitione naturali excitante desi-
derium beatitudinis, si habeat auxilium
supernaturale, poterit elicere desi-
derium supernaturale beatitudinis, &
spem: quia ad supernaturalitatem actus
sufficit supernaturalitas auxiliij: ergo
ad spem supernaturalem non requiritur
cognitio supernaturalis. *Contra.* Per te-

teme-

temerarium est , quod dicit Vega , & Soto , quod scilicet possit dari amor supernaturalis sine cognitione supernaturali : & tamen posita cognitione naturali excitante ad amorem , poterit dari auxilium supernaturale , quod sufficit ad supernaturalitatem amoris: sicut ergo ad amorem supernaturalem requiri cognitionem supernaturalem , & ad imperium supernaturale fidei requiritur cognitio supernaturalis , cur non requiretur ad spem supernaturalem cognitio entitativè supernaturalis.

43 Sup. 2. cum Coninc disp. 19. num. 101. Ripald. disp. 26. num. 9. fidem non esse per se requisitam ex natura rei ad spem Theologicam: quia ad spem Theologicam sufficit beatitudinem proponi futuram per cognitionem entitativè supernaturalem , quæ cognitio non est necessarium quod eliciatur à fide: cum possit fieri à solo Deo , vel ab alijs principijs supernaturalibus. Est tamen per se requisita fides stricta , vel lata : quia hæc cognitio supernaturalis dicitur fides lata: imò in præsenti providentia ad spem , & quemlibet alium affectum supernaturalem est requisita fides , vt tenet communis Theologorum
De Spe, & Char. L sem-

Sententia apud Lugo disp. t 2. de Fide:
His suppositis,

44 Vega in Trident.lib.4. cap.38.
Ricardo , Aragon quæst. 18. artic. 4.
Tannero quæst. 1. num. 38. dicunt, ad
spem sufficere cognitionem proponen-
tem obiectum , ut non repugnans , &
possibile , quin necessarium sit , quod
proponatur , ut aliquomodo futurum,
seu ut practicè possibile , seu ut possi-
ble speranti. *Contra : Iuxta Aug. En-*
chir. cap.8. Spes est rerum bonarum fu-
turarum. Sed res esse possibles non est
res esse futuras : ergo ad spem non suf-
sicit iudicium de possibilitate. Eadem
forma probatur non sufficere hoc iu-
dicium , et si coniungatur cum carentia
iudicij proponentis non futuritionem:
quia hoc complexum nec reddit , nec
proponit res esse futuras. Prob. 1. Spes
reddit animum hilarem , & quasi gau-
dentem pro securitate beatitudinis, iux-
ta Paul. ad Rom. 12. Spe gaudentes: in
tribulatione gaudentes. Sed sola cogni-
tio de possibilitate beatitudinis non
poteſt fundare tantam securitatem , ut
reddat animum quasi gaudentem : ergo
ad spem non sufficit cognitio possibili-
tatis. Min. patet : quia plura sunt bona
possi-

possibilia, quæ desideramus, & non reddit nos gaudentes desiderium, præ magno timore non consecutionis. Imò plura sunt bona possibilia, quæ propo- nuntur certo non futura, ideoque redi- dunt animum potius tristem, quam gaudentem pro non consecutione.

45 Hinc sup. 3. Non sufficere ad spem cognitionem de bono conditio- natè futuro sub conditione, quæ non sit in nostra potestate, nec probabilitè iudicetur futura. Ratio est: quia ad spem non sufficit obiectum esse possibile; sed requiritur esse futurum. Sed obiectum esse conditionatè futurum, sub condi- tione, quæ non est in manu sperantis; nec probabilitè iudicatur futura, solum est possibile respectu sperantis: ergo ad spem non sufficit obiectum esse condi- tionatè futurum sub simili conditione. Min. prob. Omne possibile est futurum sub aliqua conditione: ergo obiectum esse futurum, sub simili conditione, so- lum est possibile respectu sperantis: & consequenter non est obiectum aptum ad spem, aliàs omne possibile esset ob- iectum spei: *Explicat.* Etsi Pontifex col- latus esset Episcopatum, si Rex pro- poneret Petrum. Si tamen Petrus, ne-

que habet in sua potestate , neque probabilitè iudicat , quod Rex eum proponet , non potest prudentè sperare Episcopatum: ergo non sufficit ad spem obiectum esse conditionatè futurum , si nec habet in sua potestate ponere conditionem , nec probabilitè iudicat futuram conditionem.

46. Lutherani dicunt , ad spem esse requisitum iudicium obiectivè absolutum , & certum de futuritione salutis: quia spes tendit obiectivè absolutè certo , & firmiter in obiectum : cum ergo spes participet certitudinem à iudicio regulante , necesse est , iudicium esse obiectivè absolutum , & certum , & non sufficit esse conditionatè certum. Hic error præventus est à Trident. sess. 6. cap. 13. *Nemo sibi certo aliquid absoluta certitudine pollicetur , tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare , & reponere omnes debent: Deus enim nisi ipse illius gratia defuerint , sicut cœpie bonum opus , ipse perficiet.* Vbi docet spem certo tendere in beatitudinem , quatenus est ex parte Dei ; secus quatenus est ex parte nostri : hoc est , desiderare possumus salutem cum certitudine de eo , quod ex parte Dei non deficiet

ciet salus, si per nos non steterit; verum ad similem certitudinem actus voluntatis constare videtur sufficere iudicium certum obiectivè conditionatum sic tendens, *Si per me non steterit consequar salutem.*

47 Sed ut hæc veritas magis explicetur: spes habet etiam certitudinem salutis absolutam affectivè: quia est determinatio, & propositum reservandi mandata, quæ observatio est purificatio conditionis illius promissoris, & certitudinis obiectivè conditionatæ de consecutione salutis, si obseruentur mandata. Item spes est certitudo affectivè absoluta consequendi salutem, modo stet ipsa spes: quia cum sit determinatio, & propositum efficax servandi mandata, non spectat aliam conditionem distinctam à duratione spei, ut in effectu, seu in re obtineatur salus. Vndè iudicium præcedens non derivat in spem certitudinem denominativè, & quasi formaliter, ad modum, quo honestas formalis derivatur in actum externum ex actu interno; sed solum eam derivat effectivè: quatenus per illam cognitionem, *Si per me non steterit consequar salutem*, excitatur

voluntas ad determinandum, quod non stet per ipsam, seu ad desiderandum efficaciter salutem, quod desiderium est propositum servandi precepta, ideoque licet iudicium precedens solum sit conditionatè certum, potest praestare effectivè spei certitudinem absolutam; sed spes potest esse absolutè certa modo dicto, & nullatenus requiritur ad spem iudicium certum obiectivè absolutum: quia reprobri possunt sperare salutem, dum sunt in via, & non habent iudicium certum obiectivè absolutum de futuritione suæ salutis.

48 Insuper sciendum est, quo sensu sit certa, & firma spes nostra ex parte Dei? Verius existimamus, nos habere semper in re auxilia sufficientia ad salutem, quoties habemus libertatem moralem: ut diximus disp. 6. de Liber. Arbitr. sect. 2. Quia tamen hoc aliqui negant, etiam pro casu, quo deliberamus de habenda spe, & salute procuranda. Ideò solum est de fide, quod dum habemus libertatem morallem, habemus posse ad salutem: sive hoc posse sit indirectum; scilicet posse ad non peccandum, ad quod posse non requiritur auxilium gratiæ in re exigens

stens ; sed sufficit auxilium in re existens , vel præparatum , ut existat , si per me non steterit . Sive hoc posse sit mediatum , quatenus possum acquirere auxilium gratiae in re existens non peccando ; sive sit immedia- tum , scilicet constitutum per auxilium in re existens . Itaque de fide est , nos posse consequi salutem ; Dubium tamen est , quomodo datur hoc posse : si- cut de fide est dari mysterium Trinitatis , secundam Personam esse Filium , & dubitatur , quomodo sit Filius . Vide locum citatum de Liber. Arbitr. ubi latè hæc egimus .

49 Almaynus lib. 2. mor. cap. 3. dicit ad spem requiri iudicium obiecti- vè absolutum de futuritione obiectū spei ; ait tamen sufficere , quod tale iu- dicium sit probabile . Idem tenet Va- lencia disp. 2. quæst. 1. punct. 3. quamvis ultra hoc iudicium dicat , esse necessarium , quod præcesserit notitia fidei . Hanc sententiam dicit Ripald. num. 25. esse sibi , & alijs improbabi- lem : quia iudicium requisitum ad spem debet esse supernaturale , & consequen- tè verum . Sed reprobri potentes spe- rare non habent iudicium verum de

absoluta futuritione salutis : ergo ad spem non requiritur iudicium obiectivè absolutum de futuritione obiecti spei.

50 Gonet disp. 5. art. 5. dicit, ad spem requiri iudicium obiectivè absolutum de futuritione obiecti spei, quod constituit potestatem sperandi , vel ad eam supponatur. Hoc assertum impugnatur sicut præcedens, §. 2 dicit, ad spem requiri apprehensionem prudentem de absoluta futuritione salutis. Quoad hoc secundum consentit Ripald. disp. 26. num. 31. & insinuat Coninc disp. 20. dub. 13. Dixerat tamen Ripald. disput. 21. num. 22. pro spe boni ab alio pendentis esse necessariam notitiam de absoluta futuritione boni ; secus pro spe boni , quod est in potestate spexitatis , quidquid sit de inconsequencia , ex rationibus afferendis pro nostra sententia constabit non requiri ad spem apprehensionem prudentem de absoluta futuritione boni.

51 Ferre quæst. 2. & 7. dicit ad spem requiri iudicium evidens de futuritione boni sperandi secundum rationem communem sperabilis : seu iudicium evidentè iudicans obiectum il-

Iud posse prudenter sperari. Postea dicemus, non requiri hoc iudicium reflexum. Nunc, in explicatum relinquimus, quod iudicium directum de futuritione salutis requiratur: quia insinuat sufficere iudicium conditionatum; sed tamen dicit cum iudicio damnationis existente pro posteriori non dari potestatem sperandi. Salmantenses ultra iudicium de possibiliitate salutis, & de promissione generali, nihil requirunt ad sperandum, nisi iudicium practicum dictans hic, & nunc esse sperandum. Hi si dicant ad habendum iudicium practicum sufficere iudicium conditionatum cum carentia iudicij de damnatione, ut existentis proprieti nobiscum sunt, nisi quatenus addunt iudicium practicum, quod ex regulis generalibus non iudicamus necessarium ad operandum.

52 Petrus Hurt. disp. 119. §. 40. dicit ultra iudicium fidei obiectivè conditionatum requiri ad spem iudicium prudens sic tendens, *Nihil video cur existimem me esse reprobum. Contra: Hoc iudicium solum potest requiri, ut removeat iudicium de damnatione. Sed iudicium de damnatione sufficienter re-*

movetur per eius carentiam: ergo non requiritur hoc iudicium. Mai. prob. Stante iudicio obiectivè conditionato cum carentia iudicij de damnatione, datur iudicium sufficiens ad erigendum animum, & procurandam salutem; sancè in alijs rebus similis futuritio sufficit ad illas res procurandas: ergo hoc iudicium solum potest requiri ad removendum iudicium de damnatione.

2. Spes est affectus valde frequens. Sed huiusmodi iudicium raro habetur, ut quisque noscit: ergo tale iudicium non requiritur ad spem. Alia dabimus infrà.

53 Quidam citati à Suar. disp. 1. num. 1. sect. 7. Oviedo controv. 1. num. 25. Ojea disp. 3. sect. 4. Albend. disp. 2. quæst. 3. à num. 29. Ulta iudicium obiectivè conditionatum requirunt ad spem iudicium prudens absolutum non directum; sed reflexum: sic tendens: Attentis fundamentis, quæ apparent probabilitè futura est salus. Vel sic: Probabilitè futura est salus. Vel sic: Circumstantie apparentes probabilitè suadent futuram esse salutem. Hanc sententiam dicit esse implicitè omnium Thomistarum. Hæc iudicia dicit Alb-

ben-

bendea num. 31. esse incomponibilis cum iudicio de damnatione etiam pro posteriori. Et insuper hoc iudicium, quod est verum, etiam in reprobo, requiri ad erigendum animum: & ut spes habeat certitudinem subiectivam absolutam: quia certitudo obiectiva spei consistit in affectu infallibili tendenti ad salutem, quatenus est ex parte Dei. Palanco quæst. 6. à num. 49. dicit, cognitionem regulativam spei, si sit iudicativa, debere esse iudicium absolutum; respectivum tamen ad sperantem, dicit tamen esse diversum ab assignato; de quo postea.

SECTIO IV.

*Sententia Albendeæ, & aliorum
impugnatur.*

54 **I**mpugnatur 1. Eisdem rationibus, ac immediata, ideoque non repetendis. Si enim quis sciret consequi dignitatem esse in sua manu, hoc iudicium, secluso quovis alio, sufficeret ad erigendum animum, & procurandam dignitatem. 2. Certitudo spei derivatur à fide, ut communiter

niter satentur Theologi, & Albenda
disp. 2. se^ct. 4. num. 3. præsertim re-
quirentes cum ipso obiectum spei esse
promissum. Sed hoc iudicium, *probabi-*
liter consequor salutem, non elicetur à
fide; quidquid dicat Ojea: nec habet
certitudinem fidei: quia non movetur
ex motivo fidei, siquidem non datur re-
velatio de probabilitate salutis: ergo
hoc iudicium non est regulativum spei.

55 3. Impugnatur præcipue con-
tra præcipuum fundamentum. Hoc iu-
dicium iuxta Albend. non est compon-
ibile cum iudicio absoluto de damna-
tione, adhuc pro posteriori. Sed iudi-
cium regulativum spei est componibile
cum iudicio absoluto de damnatione
pro posteriori: ergo hoc iudicium non
est regulativum spei. Prob. min. Iudi-
cium conditionatum de damnatione
sub conditione furti, & iudicium abso-
lutum de furto, est iudicium abso-
lutum de damnatione. Sed cum iudicio
regulativo spei potest dari iudicium
conditionatum de damnatione sub co-
ditione furti, & iudicium absolutum
pro posteriori de furto: ergo cum iu-
dicio regulativo spei potest dari iudi-
cium absolutum de damnatione. Maior

videtur certa: quia sicut ex veritate conditionali, & purificatione conditionis resultat veritas absoluta, ita ex notitia conditionali, & notitia purificationis conditionis resultat notitia absoluta. Prob. min. Qui esset ita inclinatus ad non furandum, ut fere esset moraliter necessitatus, haberet iudicium regulativum spei, & posset sperare, sub illo iudicio conditionato. Sed tunc posset iudicare pro posteriori se furari: quia sub eo iudicio conditionato poterat furari, & furtum necessitat ad iudicandum, dari furtum: ergo.

56 4 Iuxta ipsum disp. 7. quæst. 2.
num. 52. possibilis est hæc revelatio,
Si omittas spem, damnaveris propter furtum, & cum illa datur iudicium regulativum spei. Sed cum hac revelatione potest dari pro posteriori iudicium absolutum de damnatione: ergo cum iudicio regulativo spei potest dari pro posteriori iudicium absolutum de damnatione. Prob. min. Posita hac revelatione potest omittere liberè spem, & cognoscere omissionem pro posteriori. Sed iudicium de damnatione sub conditione omissionis, & iudicium de omissione est iudicium absolutum de damnatione.

natione, vel illud fundat: ergo posita
hac revelatione potest dari pro poste-
riori iudicium absolutum de damnatio-
ne. *Alièr:* Posita illa revelatione con-
ditionata, possibilis est alia revelatio
absoluta, *omittes spem.* Sed per noti-
tiam purificationis conditionis fit ab-
soluta iuxta illum num. 58. notitia
objecti conditionatè affirmati: ergo
cum prima revelatione, & iudicio re-
gulativo spei potest dari iudicium ab-
solutum de damnatione. Probat. mai.
1. Quia sic ampliatur dominium Dei,
siquidem asseritur esse Deo possibile
exercitium, quod illi dicunt impossibi-
le. 2. Prima revelatio, per te, potest
dari: quia per omissionem spei tollere-
tur iudicium de futuritione salutis,
ad eòque revelatio non tolleret liberta-
tem sperandi. Sed idem accideret in hac
revelatione, *omittes spem*, ut latius vi-
deimus: ergo.

57 *Alièr:* Deus potest revelare
peccatori mortem pro instanti A: tunc
sic: Talis homo habet potestatem spe-
randi in instanti A, & habet iudicium
conditionatum, *Si non spero salutem in*
instanti A, damnabor. Sed in instanti A
potest omittere spem, & cognoscere
omis-

omissionem: ergo cum potestate spe-
ranti potest dari pro posteriori iudi-
cium de damnatione. Min. quoad se-
cundam partem dubia, prob. Talis ho-
mo potest furari in instanti *A*, & fur-
tum cognoscere: qui cognoscit se furari
cognoscit non sperare salutem: quia
furtum est incomponibile cum spe, quæ
est desiderium efficax servandi præcep-
ta: ergo &c. *Alièr*: Per te, num. 60.
possibilis est revelatio de damnatione
per omissionem spei sub conditione
furti, & simul revelatio de furto, quin
hæc auferat potestatem antecedentem
omissionis, & spei: quia, ut aīs, impo-
tentia sperandi penderet à conditione,
quæ etiam supposita hac notitia liberè
exerceretur. Sed tunc datur iudicium
absolutum de damnatione, vt patet:
ergo &c.

58 Explicat. Cum iudicio suffi-
cienti, & requisito ad spem potest sta-
re desperatio: quia desperatio potest
coniungi cum libertate ad spem, adeo-
que cum constitutivis libertatis, quo-
rum unum est iudicium regulativum
spei: sicut Hæresis stare potest cum iu-
dicio credibilitatis mysterij. Sed despe-
ratio iuxta ipsos nequit stare cum iu-
dicio

dicio absoluto de futuritione salutis: ergo iudicium absolutum non est regulativum necessarium spei. Alter, caven-
do solutionem. Iuxta Albendea hic
quæst. 3 num. 55. cum iudicio suffi-
cienti ad spem stare potest desperatio
salutis imprudens. Sed omnis despera-
tio salutis est imprudens. ergo cum ra-
ti iudicio stare potest omnis desperatio
salutis. Sed libertas ad desperandum
iuxta vos , conflitatur per iudicium
absolutum de damnatione : ergo cum
iudicio sufficienti ad spem stare potest
iudicium absolutum de damnatione.
Min. præterquam est ipsum , proba-
tur ex eorum principijs. Per vos , sicut
spes movetur ex futuritione obiecti,
desperatio movetur ex non futuritio-
ne. Sed per vos libertas ad spem con-
stituitur per iudicium absolutum de
futuritione : ergo libertas ad despera-
tionem constituitur per iudicium abso-
lutum de non futuritione, scilicet hoc,
non apparet probabiliter fuisse rūrio salu-
tis. Ita fatetur num. 57.

59 Ideò melius respond. ibi: Des-
perationem non posse coniungi cum
potestate proxima ad spem ; ait tamen
dari libertatem contrarietatis ad spem,

&

& desperationem : quia ad hoc sufficit
dari potestatem proximam , & imme-
diatam ad unum ; & remotam , & media-
tam ad aliud , scilicet dari potestatem
proximam ad acquirenda principia pro-
xima , quibus caret : quia habens potes-
tatem proximam ad spem , potest ha-
bere , et si imprudenter , iudicium de
non futuritione , quo impediret iudi-
cium de futuritione , & cum iudicio de
non futuritione haberet potestatem
proximam ad desperationem . Verum
casu quo potestas proxima ad spem sit
potestas remota ad desperationem , po-
testas immediata ad desperationem ,
non est potestas mediata ad spem . Prob.
Potestas mediata ad spem est potestas
immediata ad acquirendam potestatem
immediatam ad spem : & quidem per
exercitum potestatis immediatae ad
desperationem . Sed dum existit despe-
ratio , seu potestas proxima ad despe-
rationem non datur potestas immediata
acquirendi principium immediatum
ad spem , scilicet iudicium de futuritio-
ne salutis : ergo &c. Prob. min. Hoc iu-
dicium non acquiritur per omissionem
desperationis : quia omissione desperatio-
nis coexistit suæ libertati constitutæ

per iudicium de non futuritione. Deinde neque acquiri potest per impeditionem iudicij de non futuritione salutis: quia recte stat impediri hoc iudicium, & non posse dari iudicium prudens de futuritione salutis, præsertim iuxta ipsum dicentem cum revelatione damnationis non dari potestatem remotam sperandi: ergo &c.

60 Deinde. Falsum est iuxta eius principia, non posse dari simul potestatem proximam spei, & desperationis. Quia possunt dari simul hæc duo iudicia, probabile est futuram esse salutem; probabile est non futuram esse salutem; quia potest dari simultas probabilitatis de duobus contradictorijs. Sed primum iudicium constituit potestatem ad spem, & secundum per te ad desperationem; ergo possunt dari simul hæc duæ potestates. Ex quo sic arguo: 1. Hoc iudicium, probabile est futuram esse salutem, per te est sufficiens ad spem. Sed hoc iudicium est coniungibile cū iudicio absoluto de damnatione pro posteriori: videtur patere, & infra latius probabitur: ergo iudicium sufficiens ad spem potest coniungi cum iudicio absoluto de damnatione habito pro posteriori.

2. Hoc

2. Hoc iudicium per te sufficit ad spem. Sed hoc non est iudicium absolutum de futuritione salutis: ergo ad spem non requiritur iudicium absolutum de futuritione salutis. Prob. min. *Hoc iudicium, probabile est salutem non esse futuram*, non est iudicium absolutum de non futuritione salutis: ergo neque primum est iudicium absolutum de futuritione salutis. Prob. ant. Per te iudicium absolutum de non futuritione non potest coniungi cum iudicio absoluto de futuritione adhuc pro diversis signis. Sed per te hæc duo iudicia possunt coniungi: ergo hoc iudicium, *probabile est salutem non esse futuram*, non est iudicium absolutum de non futuritione salutis.

61 3. Ideò Thomistæ, & hic Author requirunt iudicium absolutum de futuritione salutis: quia spes debet esse certa. Sed minorem certitudinem concedit spei hic Author, quam nos: ergo non bene requirit iudicium absolutum. Prob. min. Nos concedimus spei talem certitudinem, ut dicamus non posse stare spem cum iudicio pro priori, quod redderet prudentem desperationem de bono temporali. Sed hic Author con-

cedit num. 64. posse stare spem cum simili iudicio : quia concedit posse stare spem cum hoc iudicio , probabile est , quod non consequar salutem , quod iuxta ipsum reddit prudentem desperationem de bono temporali: ergo &c. Quod ibi addit , iudicium verum non regulare desperationem peccaminosam : quia hoc ipso quod sit peccaminosa est imprudens, adeoque non regulata iudicio vero , videtur difficile. Quia iudicium verum de damnatione futura, & de duratione damnationis regulare potest desperationem, & illam regulat in damnatis ; & tamen est iudicium verum . 2. Iudicium reflexum quamvis certum , & evidens obiectivè absolutum de futuritione salutis adhuc relinquit futuritionem directam salutis in re extituræ solum probabilem. Sed certitudo spei est absolute certa : ergo si ob certitudinem spei requiris iudicium absolutum certum , debes requirere iudicium directum certum ; & non sufficiet reflexum . 3. Non est magis certus intellectus de futuritione directa salutis per hoc iudicium reflexum , quam per iudicium conditionatum , & carentiam iudicij absoluti de non futuritione existē-

tis in signo apto ad retrahendum : quia cum utroque iudicio manet probabilitas futura salus in re , & non amplius. Sed tale iudicium conditionatum non sufficit , per te , ad certitudinem actus spei : ergo neque tuum iudicium abrogatum.

62 Dices: Ad certitudinem subiectivam fidei requiritur iudicium reflexum de credibilitate , & absolutum: ergo etiam ad certitudinem spei. Nego antec. Quia sufficit certo apparere veritatem mysterij directe per argumenta credibilitatis, ut illi certo subiective assentiamus certitudine presumpta ab imperio. Si ergo aliquod iudicium practicum requiratur ad spem , erit hoc, *Honestum est sperare , quod proponitur conditionate futurum cum carentia iudicij de non futuritione , ut existentis priori :* sicut simile iudicium sufficit ad adorandam hostiam , & ad credenda mysteria. Ratio autem cur ad adorandam hostiam ultra iudicium conditionatum directum , *Si Sacerdos rite consecras , est ibi Corpus Christi , requiriatur iudicium reflexum dictans , Honestum est adorare , quod probabilitas proponitur consecratum ; & hoc non requiri-*

xitur ad spem, esse potest : quia iam diximus in his , quæ pendent à voluntate aliena , non sufficere ad spem iudicium conditionatum, nisi ulterius detur probabilitas de futuritione conditionis; secus in his , quæ pendent à nostra voluntate : consecrare autem sèpè pendet ex voluntate aliena.

Aliæ impugnationes præcipuae.

63 Impugnantur præterea intendendo iudicium regulativum spei ab ipsis assignatum esse componibile cum iudicio absoluto de damnatione venienti pro posteriori. 1. Hoc iudicium , *Attentionis fundamentis, qua apparent, probabilitè est futura salus*, regulans iuxta vos spem , solum affirmat fundamenta apparentia pro priori ad exercitium libertatis probabilitè suadere futuritionem salutis. Sed iudicium sic affirmans est componibile cum iudicio absoluto de damnatione venienti pro posteriori: ergo iudicium regulativum spei est componibile cum iudicio absoluto de damnatione venienti pro posteriori. Mai. videtur certa : quia iudicium de fundamentis regulans spem, & se habens

pro priori ad exercitia libertatis , so-
lum potest iudicare de his , quæ appa-
rent ante exercitium libertatis ; non de
his , quæ apparent post exercitia liber-
tatis , & quæ accidentalia , & contin-
gentia sunt pro signo libertatis , adeò-
que non cognoscibilia pro signo liber-
tatis. Prob. min. Iudicium sic affirmans ,
*Attentionis fundamentis , quæ apparent pro
priori probabilis est futura salus , rectè
componitur cum eo , quod pro poste-
riori detur fundamentum de non futu-
ritione salutis : & quod certo appareat
tale fundamentum , imò evidenter. Sed
dato stali fundamento potest dari iu-
dicium de non futuritione salutis: ergo
tale iudicium componitur cum iudicio
certo de non futuritione salutis ve-
nienti pro posteriori.*

64 Mai. videtur certa : quis rectè
stat dari pro priori fundamenta proba-
bilitè studentia virum aliàs. sanctum
vitaturum aliquod peccatum , & quod
illud non vitet. Imò rectè stat certitu-
do moralis de vitatione peccati exi-
gens pro priori , cum eo quod non vi-
tetur peccatum. Et in igne Babylonico
pro priori dabatur certitudo physica
combustionis ; & pro posteriori data

est certitudo metaphysica, & physice evidens non combustionis: qualis fuit non combustio visa ab hominibus, & dicta à Deo. Item cum fundamentis priori suadentibus probabilitè futuram salutem stat dari cognitionem conditionatam de damnatione sub peccato furti, & quod pro posteriori detur furtum evidentè apparens suranti. Item rectè stat determinatio veniens pro posteriori cum indifferentia existenti priori. *Explicat. amplius mai.* Certitudo metaphysica furti rectè componitur cum probabilitate, & certitudine moralis existente pro priori vitationis furti. Certitudo metaphysica non combustionis in igne Babylonico veniens pro posteriori stat cum certitudine physica combustionis existente pro priori Determinatio ad actum veniens pro posteriori stat cum indifferentia existente pro priori: quia nihil destruit, quod supponit: ergo cum iudicio de futuritione salutis, attentis fundamentis, quæ dantur pro priori, stat dari pro posteriori fundatum de non futuritione salutis certo, & evidentè apparens.

65 Prob. iam min. Quod felicet posito fundamento damnationis pro poste-

posteriori, possit tunc iudicari futuram esse damnationem. Intellexus potest iudicare, quod certo, & evidenter proponitur. Sed pro posteriori potest certo, & evidenter proponi futuram esse damnationem, seu fundamentum damnationis, ut numero antecedenti probavimus: ergo pro posteriori potest iudicari futuram esse damnationem.

2. Cum iudicio physicè certo existere proprietati de futura combustione ignis Babyloni stat iudicium de non combustionē existens pro posteriori: ergo similiter, Prob. ant.

Cum iudicio illa certo physicè de combustionē stat visio non combustionis. Sed cum visione non combustionis stat iudicium de non combustionē, ut videtur patere: quia species illæ necessitant ad iudicandum; sicut combustio necessario excitans dolorem, necessitat ad cognoscendam combustionē: ergo cum iudicio physicè certo de combustionē existente priori, stat iudicium de non combustionē existens pro posteriori.

66 3. Propriiori ad peccatum fututi potest quis iudicare sic, *Attentis, quæ dantur in hoc signo indifferens sum, & non determinatus ad furandua.* Sed cum hoc

hoc iudicio componitur iudicium existens pro posteriori, determinatus sum ad furandum, quia potest libere furari, & cognoscere furtum; imò iuxta Thomistis non potest libere committi furtum, quin cognoscatur: ergo cum illo iudicio, *Attentis, quæ dantur pro priori probabilitè futura est salus,* rectè componitur dari pro posteriori iudicium de fundamento damnationis existente pro posteriori.

67 Et ratio à priori, qua cavetur solutio, de eo quod intellectus præoccupatus primo iudicio non possit habere secundum ni fallor, potest esse, quæ sequitur, quamque alijs probandam relinquo. Prob. Iudicium affirmans pro priori, seu quasi de futuro, *erit salus, combustio, vitatio peccati,* rectè componitur cum iudicio neganti de præsenti pro posteriori, *non est salus, nec combustio, nec vitatio peccati.* Sed iudicium affirmans attentis fundamentis, quæ dantur pro priori, salutem, combustionem, viationem peccati, est iudicium affirmans pro priori, seu quasi de futuro; & iudicium negans attentis fundamentis, quæ dantur pro posteriori, est iudicium de præsenti: ergo rectè com-

ponuntur hæc iudicia. Prob. min. Actus secundus est quasi futurus respectu actus primi , determinatio est quasi futura respectu status indifferentiae. Sed iudicium affirmans attentis fundamentis, quæ dantur pro priori , affirmat atten- to actu primo : ergo est iudicium de futuro. Difficultas consistet in proba- tione maioris , quæ suadebitur numer. sequenti.

68 Mai. videtur vera , quando iu- dicium habitum pro priori signatè sic tendit , *Attentis fundamentis, quæ dan- tur pro priori futura est combustio, vita- rio peccati, determinatio,* ex quo inten- to similitè futuram veram, quando ta- le iudicium habitum pro priori non ita tendat signatè , & consequenter , quod tale iudicium habitum pro priori , et si signatè non ita tendat, esse componibi- le cum hoc iudicio existenti pro poste- riori , *non existit combustio, existit fur- sum.* Et ratio est: quia quamvis primum iudicium non ita tendat signatè , tendit tamen ita exercitè : quia iudicia esse es- sentialiter habent moveri à motivis , qui- bus moventur , & non ab alijs: quia spe- cificantur à suis motivis, sicut actus vo- luntatis. Sed iudicium ita tendens sig- natè ,

nate, Attentis fundamentis, que dantur pro priori, erit combustio, vitatio furii, componitur cum iudicio existenti pro posteriori, erit combustio, &c. ergo iudicium existens pro priori sic tendens, erit combustio, non erit furium, erit componibile cum iudicio existenti pro posteriori sic tendenti, non erit combustio, erit furium. Minor probata manet numeris antecedentibus.

69 Pro pleniori intelligentia sciendum est: In igne Babylonico, idem de alijs exemplis allatis, in eodem instanti, in quo datur pro posteriori certitudo metaphysica non combustionis; datum esse certitudinem absolutam physicam combustionis, & non solum certitudinem conditionatam, scilicet, si non adveniat pro posteriori aliquid obstantis: sicut in eodem instanti, in quo pro posteriori datur determinatio ad actum, datur absolute, & non solum conditionate indifferentia ad actum existens pro priori. Imò ex eo quod in eodem instanti sint componibilia fundamenta illorum iudiciorum, asserimus esse componibilia iudicia. Modo tamen non est physice certum ignem Babylonicum combusisse: quia certitudo exi-

Existens pro posteriori debet commen-
surari cum omnibus fundamentis , tam
existentibus propriori , quam existen-
tibus pro posteriori : & attentis omni-
bus fundamentis , certum est tale ignem
non combusisse . Quamvis haec proposi-
tio est vera , *Data fuit certitudo physica
combustionis*: quia haec propositio solum
affirmat attentis motivis , quae dabantur
pro priori .

70 Dices : Ex hac doctrina sequi-
tur posse dari assensum , & dissensum ab-
solutum eiusdem obiecti pro diversis
signis : quia assensus , & dissensus sem-
per sunt ex diversis motivis . 2. Non
est necesse recurrere ad diversa signa :
quia in eodem signo est verum , salus
erit ex motivo *A* , & non erit ex moti-
vo *B* : ergo in eodem signo poterunt
dari iudicia absoluta correspondentia
his veritatibus . 3. Hoc iudicium , *Pro-
babilitè futura est salus: attentis funda-
mentis , qua apparent , futura est salus;*
est futuritio absoluta salutis : alias non
sufficiet ad spem , ad quam non sufficit
futuritio , quæ erit ; sed requiritur fu-
turitio , quæ est . Sed futuritio absoluta
obiecti excludit certitudinem de ca-
xentia: quia non minus repugnat , intel-
lectum

lectum præoccupatum probabilitate obiecti transire ad certitudinem carentia, quam è contra: ergo &c. 4. Aliud est, fundamenta esse sufficientia ad reddendam salutem prudentè futuram, nisi aliud obstat; aliud, salutem esse absolutè futuram, & hoc affirmat iudicium regulativum spei: quod incomponibile est cum iudicio de non futuritione existenti pro posteriori: sicut impossibile est salutem esse absolute futuram pro priori, & esse absolute non futuram pro posteriori.

71. Resp. Non posse dari assensum, & dissensum omnino absolutum adhuc pro diversis signis; hoc est, ad præsentiam omnium fundamentorum, quibus intellectus determinatur ad assensum absolutum, non potest determinari iam ad dissensum: quia si attentis, quæ sunt in favorem, & contra lata est sententia absoluta, iam non potest revocari; iudico tamen iudicium illud habitum pro priori, non esse omnino absolutum; sed esse exercitè respectivum propter rationes datas; seu non esse de præsenti, sed quasi de futuro: & consequenter salutem non esse omnino absolute intentionaliter futuram per illud iudicium.

cium ; sed respectivè. Quod ut patet
rogo: hoc iudicium, *probabilitè futura
est salus*, affirmat idem, ac iudicium di-
rectum, *futura est salus*, vel non ? Si af-
firmat idem : ergo cum iudicium direc-
tum sit falsum in damnando , falsum
erit reflexum , & non poterit regulare
spem: ergo ne sit falsum, aliud affirmat,
scilicet , quod in re est verum. Sed in
damnando non est verum salutem esse
absolutè futuram, dum est probabilitè
futuram ; sed solum dari fundamenta
suadentia probabilitè futuritionem sa-
lutis: ergo hoc solum affirmat iudicium
reflexum. Sed hoc , seclusis vocibus,
non est salutem esse futuram absolutè
intentionaliter ; sed solum dari funda-
menta suadentia futuritionem salutis:
quia hoc iudicium idem affirmat, seclu-
sis vocibus , ac hoc , *probabilis est futu-
ritio salutis*, & hoc non affirmat omni-
no absolutè futuritionem salutis , & est
componibile cum hoc iudicio, *probabi-
lis est non futuratio salutis*: ergo idem de
tuo iudicio.

S. II.

72 Obijc. ex Albendea. Aliquod
iudicium de futuritione salutis requi-
gitur.

ritur ad spem , quod titulo supernaturalis non possit falsificari. Sed solum iudicium reflexum de probabili futuritione salutis non potest falsificari: ergo. z. In spe , sicut in fide , debet dari duplex certitudo , alia obiectiva , & formalis , alia subiectiva. Sed ad hanc certitudinem subiectivam conducit , & requiritur tale iudicium ergo. Min. quoad primam partem est certa. Prob. quoad secundam. Ut credens evidentè certificetur de prudenti elicitia actus fidei, requiritur , quod intellectus reflectens supra motiva suadentia credibilitatem , evidentè iudicet , obiectum illud apparere verum : ergo similitè , ut quis certificetur subiectivè de prudenti elicitia actus spei. Prob. z. min. Ali quando accidit existentem in peccato esse securiorem de salute , quam existentem in gratia. Sed hoc non potest provenire nisi ex iudicio obiectivè absoluto de probabili consecutione salutis: quia qui magis penetrat motiva suadentia probabilem futuritionem salutis , certior erit de beatitudine assequenda , ideoque maiori securitate imperabit actum spei: ergo. 3. Qui adorat hostiam consecratam , non habet aliud

iudicium, nisi iudicium, quod reflectens circa circumstantias occurrentes certo iudicat, probabilitè ibi apparere Corpus Christi, per quod iudicium certificatur subiectivè de prudenti elicientia adorationis; ergo similitè potest certificari de prudenti elicientia spei per iudicium certum de probabili futuritione. *Confirm.* Sicut ad trans hostiam non adorat conditionatè, sed absolute; sic sperans non sperat conditionatè, sed absolute; & sicut adorans non habet iudicium fidei absolutum, quo directè affirmet ibi esse Corpus Christi; sed solum sub conditione, quod hostia sit ritè consecrata; ita sperans non habet iudicium fidei directum, quo absolute affirmet salutem futuram, nisi ex suppositione propriæ cooperationis; sicut ergo ad securam adorationem ultra requiritur prædictum iudicium: similitè requiretur dictum iudicium ad securam elicientiam spei.

73 Hæc argumenta præventa sunt nostris rationibus; sed ea proposui, ut clarius solvantur. *Ad t. conc. mai. neg. min.* Quia etiam iudicium conditionatum, de futuritione salutis, si per me non steterit, non potest falsificari, ut potè

iudicium fidei : & hoc est, ut dicemus,
 iudicium regulativum. *Ad 2. neg. min.*
quoad 2. part. Ad prob. neg. absolute
 ant. Quia ad prudenter credendum suf-
 ficit, quod obiectum appareat revela-
 tum moraliter certo. Sed admis. antec.
 neg. cons. Quia ad prudenter speran-
 dum cum certitudine subiectiva, suffi-
 cit cognoscere esse in sua manu conse-
 qui salutem : & ad summum iudicium
 practicum reflexum dicens, *Honestum*
est sperare beatitudinem, quam conse-
quar si per me non steterit : neque enim
probat, neque reddit magis certam fu-
turitionem directam salutis iudicium
reflexum evidens, cum eam solum re-
linquat probabilem, quam iudicium, In
mea manu est consequi salutem. Seu, si
per me non steterit, consequar salutem.
Ad 2. prob. perm. mai. & min. neg. cons.
 Quia ad securitatem spei non requi-
 ritur ea maior securitas proveniens ex
 maiori penetratione. Permissi præmis-
 sas. Quia sicut sæpè rusticus, & vetula
 minus penetrans motiva amandi Deum,
 ardenter amat, quam Philosophus ma-
 gis ea penetrans : similiter accider, se-
 curius sperare, qui minus penetrat mo-
 tiva sperandi, modo ea satis cognoscant.

Ad 3. conc. ant. & cons. vt iacet: quia verum est, quod sufficit tuum iudicium, ut certo speret; negamus tamen esse necessarium ad sperandum propter rationes datas. Ad confirm. Permis. vel conc. ant. neg. cons. Quia, vt diximus, ad securè adorandum forte requiritur iudicium practicum dicens, Honestum est adorare, quod probabilitè proponitur consecratum; quod non requiritur ad sperandum: quia vt diximus, in his quæ pendent ex voluntate aliena, non sufficit iudicium conditionatum ad spem; sed ulterius requiritur probabilitas defuturitione conditionis; secus in his, quæ pendent ex propria voluntate; consecrare autem pendet ex voluntate aliena: At vt adorem hostiam, quam ego consecro, non egeo illo iudicio reflexo. Dixi forte requiri ad adorandum illud iudicium practicum, quia multi negant necessarium iudicium ad exercendas virtutes, et si alij affirment:

§. II J.

74 Palanco quæst. 6. à num. 47. dicit, iudicium regulativum spei debere esse iudicium absolutum, respectivum

tamen ad sperantem : quo absolutè affirmat , affuturum esse sibi auxilium , & in vi illius sibi ut speranti futuram esse beatitudinem infallibilitè obtainendam.

75. Hæc sententia ingeniosa est : & existimo tale iudicium conducere ad certitudinem spei : sed non benè percipio quomodo magis certo possit firmare sperantem de salute assequenda hoc iudicium , quam iudicium illud , *In mea manu est consequi salutem* : seu quam iudicium illud conditionatum , *Si per me non steterit consequar salutem* , simul cum carentia iudicij , ut existentis pro priori de non futuritione salutis : quia hoc tuum iudicium , & in vi illius sibi , ut speranti , &c. non affirmat absolutè futuram esse spem , sub qua erit infallibilitè salus ; sed solum affirmat futuram esse salutem pro casu spei . Sed iudicium affirmans salutem pro casu spei , seclusis vocibus , vel est iudicium affirmans salutem , si speraveris : sicut iudicium , *Dabo librum pro casu adventus Petri* , seclusis vocibus , est hoc , *Dabo librum si Petrus venerit* ; vel saltem non magis assecurat tuum illud iudicium sonans absolutè de salute , quam iudicium conditionatum ; sicut non magis assecurat

curat de clargitione libri iudicium sonans absolutè clargitionem, pro casu ad ventus Petri; quam iudicium affirmans dandam clargitionem, si Petrus venerit: ergo quod sonet, vel non sonet absolute, parum viderur facere ad certitudinem subiectivam, & obiectivam spei.

76 2. Iuxta hunc Authorem hic num. 18. ideo non sufficit ad regulandam spem iudicium conditionatum dictum, quia iudicium boni, ut *conditionem* natae futuri, non assecurat sufficienter sperantem de assecutione boni: quia conditionis manet dubia, & contingens: ideoque de illius positione nulla est securitas. Sed tuum iudicium sonans absolute salutem obtinendam infallibiliter sibi ut speranti, seu pro casu spei, relinquit dubium, & contingentem casum spei: & nulla est securitas, neque certitudo de tali casu: ideo, ut dicit n. 59. fine, *Timet cum incertitudine de ipso actu, & conatu sperandi: ergo non assecurat sufficienter sperantem de assecutione boni.* Confirm. Per te ideo hoc tuum iudicium assecurat sufficienter salutem, quia licet non eam assecuret absolute homini secundum se, sed solum conditionate; assecurat absolute salu-

tem homini ut speranti , et si spem relin-
quat dubiam , & contingentem Sed
etiam iudicium conditionatum assecu-
rat futuram esse absolute salutem posita
conditione, et si conditionem relinquat
dubiam , & contingentem , conting-
tia, quam habet res posita in manu spe-
rantis: ergo vel tuum iudicium non af-
securat sufficienter , vel sufficienter af-
securat iudicium conditionatum posi-
tum. 3. Quia , ut diximus sect. 3. iu-
dicium regulativum non derivat for-
maliter, neque denominative certitudi-
nem in actum spei; sed solum effectivè,
quatenus media cognitione erigitur
animus ad conandum consequi salutem.
Sed ad hoc vel non plus servit tuum
iudicium absolutum, quam conditiona-
tum positum ; vel saltem sufficit iudi-
cium conditionatum positum : quia si-
mili iudicio conamur assequi dignita-
tes, & alia cum erectione animi , ut vi-
debimus sect. sequenti: ergo non est ne-
cessarium tuum iudicium, ut distinctum
à iudicio conditionato. Mitto cum hoc
iudicio componi iudicium de damna-
tione adveniens pro posteriori prop-
ter rationes datas suprà : & intendit
tale iudicium non posse stare cum iu-
dicio

dicio de damnatione adhuc veniente
pro posteriori.

§. IV.

77 Ideò addit num. 60. se non
adhætere dictæ sententiæ ; sed cogni-
tionem regulativam spei esse apprehe-
sionem practicè sualivam, seu iudicium
practicum inchoativum proponens vo-
luntati beatitudinem , vt in re absolute
consequendam in vi auxiliij, quod simi-
litèr proponit vt re ipsa affuturum ab-
solutè, non id affirmando , aut negando,
sed simpliciter voluntati proponendo
modo sualivo ad spem. Eandem ferè
sententiam tenet Ripalda dicens , suffi-
cere ad spem apprehensionem sualivam
futuritionis absolutæ salutis , missis il-
lis modis practicis.

78 Contra 1. Iuxta hos AA. cog-
nitio probabilis de futuritione absoluta
salutis non sufficit ad reguladum spem:
quia cum sit fallibilis , non potest asse-
curare sperantem de assecutione salu-
tis. Sed apprehensio, etiam practicè sua-
liva , non potest assecurare sperantem
de assecutione salutis: ergo. Prob. min.
Quod nō affirmat futuram dignitatem,

vel præventum, non potest assecurare de assecutione dignitatis, aut proveniens. Sed apprehensio, et si practicè suavissima, non affirmat futuram esse absolute salutem: ergo. Maior suadetur: quia non bene percipitur, quod quis sit prudenter securus de obtainenda dignitate ex eo, quod apprehendat utcumque velit, futuram dignitatem. Similiter. Iuxta Palanc. Ad spem non sufficit hoc iudicium, *In mea manu est consequi salutem.* Si per me non sterterit, consequar salutem: nec iudicium absolutum reflexum aliorum, quia non assecurant sufficienter sperantem de assequenda salute. Sed minus assecurat apprehensio suavissima et si practica: ergo. Minor, quæ suaderi potest ut suprà. Prob. Minus assecurat apprehensio suavissima titulo talis, quam quodvis ex his iudicijs. Sed non bene percipitur quam vim specialem habeat assecurandi eo quod sit *practicas* vel id explicata. Imò explicare videtur necessarium in apprehensione. Quid sit esse *practicam* prout distinctum ab esse *suavissimam*: ergo non sufficit hæc apprehensio.

79 2. Tuxta Palanco. Cum cognitione regulativa spei non componitur iudi-

iudicium de damnatione futura etiam veniens pro posteriori. Sed cum apprehensione etiam practicè suavis. componitur iudicium de damnatione futura, adveniens pro posteriori: ergo. Probat. min. In ultimo instanti vita, cognito ut tali per revelationem, cum cognitione etiam practicè suavis sit omissionis spei, & consequenter cognitio liberæ omissionis spei. Sed in dicto casu cognitio omissionis spei est cognitio damnationis futuræ: ergo. De hoc vide quæ diximus contra Albendeam, quæ nitallos, specialem vim habent contra apprehensionem suavissimam, & quæ latè dicemus disp. 4. 3. Imperceptibilis est cognitio, quæ non repræsentet summum obiectum immediate intellectui; sed immediate voluntati. Sed hæc apprehensio practicè suavis non repræsentat obiectum immediate intellectui; sed immediate voluntati iuxta Palanco numer. 77. ergo Mai. videtur vera: quia intellectus est, qui cognoscit, & elicit, & recipit, & percipit cognitiones. 4. Iuxta Palanco num. 82. Ad hanc apprehensionem suavissimam præcedunt hæc iudicia, *Deus preparavit omnibus auxilia ad salutem.* Item: *Deus vult*

omnes salvos fieri. Item: *Paratus est nos ad invare.* Item: *Ad hoc descendit de Cælo, passus, & mortuus est.* Sed hæc iudicia possunt immediatè suadere, & excitare ad spem, sicut excitant ad apprehensionem suasivam: ergo non est necessaria hæc apprehensio suasiva. Minor probatur: quia similia, & minus solida iudicia sufficiunt ad sperandas dignitates, & alia bona ab hominibus.

80 4. Iuxta ipsum num. 44. Possibilis est revelatio de damnatione propter desperationem, cum qua, & staret potestas non desperandi; & potestas libera sperandi: quia, ut benè ait, revelatio consequens ad potestatem liberam desperandi, non auferit potestatem sperandi: ergo propter eandem rationem possibilis erit revelatio de damnatione propter omissionem spei; & cum ea potestas sperandi: quia revelatio consequens potestatem sperandi non auferet potestatem sperandi. Argumenta, quæ ponit solventur seq. seq.

contra quam procedunt.



SECTIO V.

Aliqua conclusiones.

81 **H**is præmissis dico cum
Suar. disput. 1. sect. 7.
num. 2. Granad. tract. 2. disp. 4. n. 2.
Meratio disp. 32. sect. 3, & AA. Ci-
sterciens. Ad sperandum bonum, quod
supposito concurru generali, est in no-
stra potestate, sufficit hoc iudicium re-
gulativum, *in mea manu est consequi ta-
le bonum*. Et similitè ad sperandum sa-
lutem moraliter pendentem à nobis, &
physicè à Deo, sufficit simile iudicium;
seu hoc, *si per me non steterit, consequar
salutem*, quæ iudicia convertibilia vi-
dentur. Ut tamen hoc iudicium vim
habeat movendi, seu sit expeditum ad
movendum ad spem, est necessarium,
quod non detur pro priori, seu in sig-
no apto ad retrahendum iudicium cer-
tum de non futuritione salutis. Itaque
carentia indicij certi de non futurito-
ne salutis, *ut existentis pro priori con-
stituit potestatem proximam sperandi;*
quia tale iudicium certum enervaret
vires iudicij conditionati ad procuran-
da n.

dam salutem. Et si iudicium certum de damnatione tale sit, ut per se habeat existere pro priori taliter, ut quoties existat, existat pro priori, carentia talis iudicij constituit potestatem proximam spei: sicut proprie similem rationem carentia prædeterminationis, & necessitatis immediate antecedentis constituit potestatem liberam. Hæc præ oculis habe.

82 Conclusio continet duas partes. Prima est: Posito iudicio conditio nato, & carentia iudicij certi, ut existentis pro priori, de non futuritione salutis, datur potestas proxima sperandi. Prob. Quando salus proponitur practicè possibilis, & futura, suppositis alijs comprincipijs, datur potestas proxima sperandi. Sed posito tali iudicio cum carentia iudicij certi de damnatione, ut existentis pro priori, seu non existente pro priori iudicio certo de damnatione, salus proponitur practicè possibiliis, & futura: ergo datur potestas proxima sperandi. Prob. min. Salus sic pro posita vim habet erigendi animum ad desiderandam, & procurandam hilari animo salutem cum fiducia de consecutione: ergo salus appareret practicè pos sibi-

sibilis, & futura. Prob. ant. Ille, cui similiè proponitur dignitas obtainenda, hilari animo desiderat, & cum fiducia procurat dignitatem, ut experientia novimus: ergo salus sic proposita vim habet erigendi animam ad desiderandam salutem hilari animo, & procurandam cum fiducia.

83 Prob. 2. Possibilis est hæc revelatio conditionata, *Si omittas spem damnaveris*: cum qua certe dari potest potestas sperandi, præcipue, si in se sentiat vehementem inclinationem sperandi. Sed hæc revelatio in eodem instanti potest esse absoluta: quia potest omittere spem: & cognosci omissione spei, & videtur patere, præcipue iuxta Thomistas communiter dicentes actionem liberam esse reflexe volitam: ergo.

3. Iuxta Palanco ibi num. 126. rectè componitur, quod qui antecedenter videat aliquid sibi possibile, licet consequentur ad liberam volitionem videat illud impossibile eo, quod liberè non vult: ergo rectè componitur, quod antecedenter videat salutem conditionatè futuram, & consequenter videat salutem non esse futuram: & quod antecedenter iudicet attentis, quæ dantur

probabile est salutem futuram , probabilitè consequar salutem : & quod consequentè iudicet non est futura , idem de damnatione . Sic prævenitur solutio , quæ dari posset . Mitto alias probations , quia hæc videtur sufficere .

84 Dico 2. Si cum iudicio conditionato detur pro priori iudicium certum de non futuritione salutis ; non datur potestas proxima sperandi . Probat . Quando non datur potestas proxima ad erigendum animum prudenter , & procurandum cum fiducia salutem , non datur potestas proxima sperandi . Sed si cum iudicio conditionato detur iudicium certum pro priori de non futuritione salutis , non datur potestas proxima erigendi animum prudenter , & procurandi cum fiducia salutem : ergo non datur potestas proxima sperandi . Prob . min . Non datur potestas proxima procurandi cum fiducia salutem , quando datur certitudo moralis de non consecutione salutis . Sed in tali casu datur certitudo moralis de non consecutione salutis : ergo &c . Prob . mai . 1. experientia : si enim aliquis haberet hanc revelationem certam , *Si perrexeris Romanam , & impenderis vigintimillia ducata ,*

¶ feceris omnia , quæ sunt in tua potesta-
te , ut obtineas Archiepiscopatum Tolet.
illud obtinebis ; sed scito , quod post hæc
impensa non obtinebis Archiepiscopatum :
quia aliquam diligentiam omittes. Quis
consiliaretur huic homini , quod aggre-
deretur tam longam viam , & tot im-
pensam ad obtainendum Archiepiscopa-
tum ? Et quis credat , quod similis homo
hilari animo , & prudenti fiducia face-
ret tot impensas ad obtainendum Archie-
piscopatum ?

85 2. Prob. mai. ratione. Non
datur potestas proxima procurandi cum
fiducia salutem , quando imprudens est ,
non solum iudicium ; sed etiam dubita-
tio de absoluta consecutione salutis. Sed
quando datur pro priori certitudo mor-
alis de non consecutione salutis , im-
prudens est iuxta omnes , non solum iu-
dicium ; sed etiam dubitatio de absoluta
consecutione salutis : ergo non datur
potestas proxima procurandi prudentem
cum fiducia salutem , quando datur pro
priori certitudo moralis de non conse-
cutione absoluta salutis. Prob. mai. Ri-
deremus hominem , qui sciens certo mo-
raliter , omnes Senatores iurasse datu-
ros alteri Cathedram , sibi promitteret

cum fiducia se obtenturum Cathedram;
 & multo magis, si hoc diceret: & ma-
 gis, si multa impenderet ad obtainendam
 Cathedram. Sed non alia ratione, nisi
 quia cum tali scientia erat imprudens,
 non solum iudicium; sed etiam dubita-
 tio de obtainenda Cathedra: ergo non
 datur potestas proxima procurandi p-
 prudentem cum fiducia salutem, quando
 imprudens est, non solum iudicium; sed
 etiam dubitatio de abs. luta consecutio-
 ne salutis. Alias probationes dabimus
 agentes, de revelatione damnationis
 conclusione secunda.

85 Obje. 1. Securitas spei requi-
 rit aliqualem futuritionem positivam,
 & cognitionem de aliqua positiva futu-
 ritione. Sed haec non datur iuxta no-
 stram sententiam: ergo non sufficit no-
 strum iudicium regulativum. *Resp.* Ad
 spem requiri aliquam futuritionem po-
 sitivam conditionatam, & cognitionem
 conditio natam de futuritione; non ta-
 men requiritur futuritio absoluta, ne-
 que cognitio absoluta: nisi forte velis
 dicere requiri cognitionem interpreta-
 tivè, & virtualiter absolutam in ordine
 ad movendum: quia cognitio conditio-
 nata de salute, cum carentia iudicij de-

non futuritione salutis, *ut existentis priori*, est interpretativa, & virtualiter in ordine ad erigendum animum, & moyendam spem, cognitio absoluta de futuritione salutis. Et in isto: spes est directe certa: rogo autem an apud ipsum sit maior certitudo directa de futuritione salutis, quam apud nos?

87 Insistit Albendea: Iudicium de non futuritione certum, & existens propriori tollit potestatem ad sperandum. Nunc sic: vel hoc est, quia tollit propositionem salutis: & cum non tollat iudicium conditionatum; sed solum absolutum reflexum de futuritione salutis, signum est requiri hoc iudicium reflexum absolutum ad spem. Vel est quia tollit obiectum: & cum non tollat futuritionem conditionatam; sed solum absolute salutem, signum est salutem, ut absolute futuram terminare spem. Sed non potest terminare spem nisi ut cognita: ergo debet cognosci, ut absolute futura. Resp. Iudicium illud de non futuritione, non tollere iudicium regulativum sufficiens; sed enervare eius vires propter rationes datas. Nec tollere obiectum spei quoad nos, scilicet, secundum positivum; sed solum secundum

negativum, & interpretativum: quia obiectum spei est salus conditionatè futura sine certitudine de carentia futuritionis salutis, *existente pro priori*: ad quod sufficit futuritio conditionata, & carentia iudicij certi de non futuritione salutis *existens pro priori*. Vnde carentia huius iudicij, ut *existens pro priori*, constituit libertatem ad spem; sicut carentia prædeterminationis constituit libertatem ad consensum. Dum insistit: rem positivam, qualis est libertas, non posse constitui primario per aliquid negativum. Dic verum esse antecedens de re adæquatè positiva; sensus de re inadæquatè negativa, qualis est libertas ad spem, & quævis libertas, siquidem constituitur per carentiam necessitatis immediatè antecedentis. Cum tamen libertas constituatur per aliqua principia positiva, scilicet iudicium indifferens, præparatio indifferens, &c. Iudicium determinatum, & applicatio determinata ex dupli cap. auferunt libertatem, & quia auferunt suas carentias constituentes libertatem: & quia auferunt illa principia positiva indifferentia constituentia libertatem: & ytraque auferunt immediatè, alia

contrarie, alia contradictorie.

88 Insistit: Ut quis speret finem intentum, debet sperare media infallibiliter inferentia finem, ut bene explicat D. Thom. in 3. dist. 26. quæst. 2. art. 4. ad 5. sed per hoc præcisè quod sit in nostra manu ponere media, non potest certo, & securè sperare media: quia possunt preponi non futura: ergo non sufficit hoc iudicium. In primis sci-re vellem quomodo cum hoc iudicio, probabilitè consequar salutem, probabile est futuram esse salutem, securè sperabo media, cum possit esse simul probabile non futura esse media? *Resp. conc. mai. neg. min.* Si non detur pro priori iudicium certum de non futuritione mea diorum: quia hoc ipso possum in tendere finem, & media iuxta dicta.

89 Insistit: Nullum est impedimentum libertatis, nisi tollat aliquid positivum constituens libertatem. Sed iudicium de damnatione existens pro priori est impedimentum libertatis ad spem, & non tollit iudicium conditio-natum; sed solum absolutum de futuri-tione salutis: ergo hoc iudicium con-situit libertatem ad spem. *Prob. mai.* Nisi esset requisitum ad spem, iudicium

de bonitate obiecti, nullus diceret, tollere libertatem ad spei iudicium de malitia. Item: Ideò requiritur ad omnem libertatem carentia iudicij determinati ex parte actus primi, & carentia concursus determinati: quia requiritur ex parte actus primi iudicium, & concursus indifferens. Et ratio à priori est: quia nulla carentia impedimenti constituit potestatem, nisi ut immediatè inclusa, aut illata ex aliquo positivo constitutive potestatem. Sed per nos, nihil est positivum inferens carentiam iudicij pro priori de non futuritione, nisi iudicium de futuritione existens pro priori: ergo hoc iudicium constituit potestatem sperandi. Prob. mai. Quia constitui proximè potens ad effectum, seclusis vocibus, nihil aliud est, quam constitui per principia essentialia, & positiva potestatis inferentia illam carentiam: quia res positiva, qualis est libertas, nequit primario constitui per quid negativum. Ideò dicentes prædeterminationem tollere libertatem, debent dicere prædeterminationem tollere aliquid positivum constituens libertatem, sive sit decretum indifferens, sive dominium despoticum determinandi,

Resp.

90 Resp. generaliter loquendos
 Nullum esse impedimentum libertatis,
 quod non tellat illativè aliquid positi-
 vum constitutus libertatem: quia tollit
 omnipotentiæ applicationem, quæ ap-
 plicatio generaliter advenit post reli-
 qua constitutiva libertatis. Absolutè ta-
 men, & essentialiter loquendo, nego
 mai. Quia propter nostras rationes, si
 cum reliquis constitutivis detur caren-
 tia iudicij certi p o priori de damna-
 tione, datur, quidquid requiritur ad
 spem. Ad prob. Primum exemplum est
 verum: quia aliqua impedimenta liber-
 tatis excludunt constitutivum positi-
 vum libertatis. Ex eo tamen, quod ali-
 qua constitutiva sint positiva, cur se-
 quetur omnia esse positiva? Sicut iudi-
 cium indifferens constituit libertatem,
 & non omnia constitutiva sunt iudi-
 cium indifferens. Ad secundum exem-
 plum: Ideò carentia iudicij determina-
 ti, & concursus determinati constituit
 libertatem: quia iudicium, & concur-
 sus indifferens, secundum positivum, &
 negativum, constituit libertatem, non
 præcisè: quia iudicium, & concursus
 indifferens secundum positivum con-
 stituit libertatem: & hinc patet, quo:

modo impedimentum excludens solam
carentiam tollat libertatem: quia si cum
iudicio indifferenti detur ex parte actus
primi iudicium aliud conexum cum
consensu, & determinatum, hoc iudi-
cium tollit libertatem: & hoc iudicium
solum tollit eius carentiam. Item, si cum
applicatione indifferenti detur applica-
tio omnipotentiæ connexa tollit liber-
tatem, & applicatio connexa solum tol-
lit eius carentiam; non aliud constitu-
tivum positivum. Itaque hoc concre-
tum, *libertas*, *indifferentia*, *dominium*
electivum, est quid positivum secundum
quod dicit, *ut quod*, scilicet voluntate-
tem, secundum quod dicit *ut quo*, scili-
cet constitutiva, quibus constituitur
indifferens, libera, proximè potens eli-
gere, est inadæquatè negativum: quia
constituitur per carentiam necessitatib.
immediatè antecedentis. Prædetermi-
natio communiter tollit applicationem
indifferentem; sed licet eam non tolle-
ret, tolleret libertatem: quia est imme-
diata determinatio, & resolutio indif-
ferentiæ, adeoque ablacio indifferentiæ
ad actum.

91 Obijc. ex Palanco. Si suffi-
ciat iudicium conditionatū modo dicto,
spe-

Speraremus salutem dependentē ab ali-
qua conditione non sperata. Sed hoc
esset sperare purē conditionatē : ergo
non sufficit. 2. Ex vi huius iudicij non
possimus sperare, quod ponemus puri-
ficationem conditionis : ergo nec pos-
sumus sperare salutem absolutē. Prob.
antec. Per futuritionem conditionatam
salutis nullo modo redditur futura cō-
ditio ; sed manet possibilis, vel impossibi-
lis, prout ex se fuerit. Sed hoc ipso
non possimus sperare conditionem :
quia ad spem requiritur futuritio ob-
iecti sperandi : ergo. 3. Certum est,
nos posse sperare nostram cooperatio-
nem , seu purificationem conditionis.
Vel ergo nostra cooperatio proponi-
tur , vt absolutē futura ? Et sic beatitu-
do proponitur , vt absolutē futura , ut
patet. Vel proponitur , vt conditionatē
futura ? Rago , sub qua conditione ?
Quia non est alia conditio nisi nostra
cooperatio : dicere autem , quod pro-
ponitur futura sub conditione sui ip-
sius, non sufficit ; nam quis speret bo-
num, quia erit, si fuerit ? ergo non suf-
ficit iudicium conditionatum.

92 Resp. dist. mai. Speraremus sa-
lutem dependentē à conditione nos

sperata ; sed quæ est in nostra manu ;
 permitto , vel conc. mai. quæ non est
 in nostra manu , neg. mai. & neg. min.
 Itaque a iunde potest esse sperata talis
 conditionis ; sed hoc non est necessarium
 ad sperandum salutem ; sed sufficit scie-
 re conditionem esse in nostra manu : si-
 cut simile iudicium cum simili scientia
 conditionis sufficit ad sperandas digni-
 tates in creatis. *Ad 2.* Conc. vel per-
 missio ant. neg. cons. Quia ad speran-
 dum dignitatem non est necessarium,
 quod per idem iudicium proponatur
 futura conditio , quæ est in nostra ma-
 nu , sub qua assequanda est infallibiliter
 dignitas ; sed sufficit , quod propona-
 tur dignitas futura sub tali conditione.
Ad 3. Certum est , nos posse sperare
 nostram cooperationem ; sed spe regu-
 lata per aliud , vel per iudicium , quo
 regulatur spes salutis ; non tamen est
 necessarium , quod sit per spem regula-
 ram per iudicium , quo regulatur spes
 salutis. Istud iudicium , si fuerit absolu-
 tum , sufficeret ; sed sufficeret etiam iu-
 dicium conditionatum sub alia condi-
 zione , quæ sit in nostra manu.

93 Infistit. Per nos , quando ob-
 jectum pendet ex aliena voluntate de-

bet proponi ut futurum ; vt possimus sperare. Sed nostra cooperatio pendet ex voluntate Dei : ergo debet propo- ni ut futura , vt possimus eam sperare.

2. Si posset assecurari ex eo , quod sit in nostra potestate conditio , posset firmiter sperare salutem ita , vt morivum sperandi esset nostra potestas , seu libe- rum arbitrium. Sed hoc est falsum: quia esset collocare spem salutis in suo arbi- trio , quod est vitium præsumptionis: ergo. *Confirm.* Motivum formidandi de consecutione finis , non potest esse motivum firmans , & assecurans de consecutione finis. Sed conditionem esse in nostra manu est motivum formi- dandi de consecutione finis : quia ex eo , quod quis fletibilitatem , & ver- tibilatem suæ voluntatis cognoscit , formidat de consecutione finis : ergo.

2. Quamvis sciamus esse in nostra ma- nu vincere pericula , & tentationes , & consequi salutem , formidamus de con-secutione , eo quod cognoscimus no- stram flexibilitatem: ergo indiget , ne deiisciatur firmari per spem: ex quo er- go firmabitur ? Numquid ex eo , quod conditio ex qua pendet salus est possi- bilis , seu posita in sua libertate ? Absit

nam : desua libertate formidat : ergo non potest ex illa firmari.

94 Resp. Dist. mai. Si non sit promissum auxilium dictæ voluntati ex suppositione , quæ est in nostra manu , conc. mai. si sit infallibiliter promissum auxilium , subdist. debet esse futuram conditionate in tali suppositione , conc. min. futuram absolute , neg. min. & cons. Quia scimus ex parte Dei non defuturum auxilium ad cooperationem , si per nos non steterit .
Ad 2. Dist. mai. Posset sperare ita ut motivum adæquatum sperandi sit , nostra potestas , & liberum arbitrium , neg. mai. Motivum inadæquatum , & minus principale sit nostrum arbitrium , non uestrumque , sed arbitrium adiutum , & constitutum gratia Dei , conc. mai. & neg. min. Quia D. Paulus non incurrebat vitium præsumptionis , dum dicebat , *Omnis possum in eo , qui me confortat... Non ego , sed gratia Dei mecum.* Potius est humilitas , & gratitudo agnoscere se ex se ad omnia ineptum ; & ex gratia Dei aptum ad omnia.

95 . **Ad Confirm.** Dist. mai. Motivum formidandi unice , & sub omni expressione non potest esse motivum

firmandi , conc. motivum formidandi
 non unice : nec sub omni expressione,
 neg. mai. & dist. min. Est motivum for-
 midandi non unice, nec sub omni expres-
 sione, conc. min. formidandi unice, & sub
 omni expressione , neg. min. & cons.
Itaque omnia posse in eo , qui nos confor-
tat... non nos ; sed gratia Dei nobis cum,
 nos erigit , ut eliciamus spem , quæ se-
 cure tendit ad salutem ; hæc tamen po-
 testas sub expressione nostræ imbecili-
 tatis formidinem causat : & utrumque
 conducit , ut cum timore , & tremore
 nostram salutem operemur : sicut eadem
 libertas allicit , & retrahit : & eadem ,
 indivisibilis cognitio potest allicere , &
 retrahere. Imò cum apprehensio suaiva
 adversariorum solum assecuret salutem
 speranti , ut tali , cognitio assecurans
 proponit rationem formidandi : quia
 proponit libertatem ad spem. *Ad 2.* ut
 constat ex dictis , formidamus eo quod
 sit in nostra manu , sub expressione
 nostræ imbecilitatis ; & erigimur cum
 Paulo , eo quod omnia possimus gra-
 tia Dei , sub hac expressione , ut desi-
 deramus desiderio efficaci , & seculo,
 modo dicto sect. ant. nostram salutem.
 Motivum sperandi secure est futuritio

salutis , & nostra potestas adiuta , & constituta gratia Dei : est conditio , sub qua est futura salus media operatione nostra : ex qua firmamur ad sic aggrediendum sub hac expressione , *Omnia possum in eo , qui me confartat ; licet sub expressione imbecilitatis formidemus.*

96 Obijc. 3. Cognitio regulativa spei debet esse illa , quæ magis certificet de futuritione spei. Sed iudicium conditionatum non est , quod magis certificat: ergo. 2. Cognitio futuritionis conditionatae relinquit dubiam salutem: ergo non reddit securum sperantem. *Resp. neg. mai.* Quia pro regulativo spei sufficit illa cognitio , quæ erigat animum ad aggrediendum viam salutis: et si alia , & alia sive intensior , sive diversæ speciei , magis erigeret: qualis esset cognitio , qua quis fide privata crederet erit salus. *Ad 2. conc. ant. dist. cons.* Non reddit formaliter securum sperantem , *antecedent èr ad spem* , conc. cons. non reddit aggressivè securum , nec effectivè securum antecedenter ad spem : nec formaliter securum consequenter ad spem , *neg. conseq.* Solutio constat ex dictis sect. ant. circa certitudinem spei. Mitto argumen-

mentum similem vim habere in quavis sententia. Ideoque spes debet conformari cum regulativo , seu cum sua regula in aliquibus , non in modo tendendi , nec in omnibus , & hoc accidit in quavis cognitione alliciente ad amorem v. gr.

97 Dico 3. cum Exim. Suar. disput. 2. sect. 3. num. 7. insinuante differentiam inter iudicium certum, & infirmum , contra Ripald. num. 48. & SS. MM. Si cum iudicio conditionato detur iudicium probabile de non consecutione salutis *existens pro priori*, datur potestas sperandi , modo dantur fundamenta probabilitè suadentia futuritionem salutis. Prob. Etsi detur iudicium probabile de non futuritione salutis, si dantur fundamenta probabilitè suadentia salutis futuritionem potest simul dari hoc iudicium , *probabile est quod consequar salutem*. Sed qui iudicat probabile esse futuram salutem, potest illam sperare , etsi probabilitè iudicet non futuram esse: ergo talis homo potest sperare. Maior videtur vera: quia non est cur pugnant illa iudicia. Prob. min. Ille , cui proponitur possibilis practicè salus , potest sperare salu-

tem. Sed huic homini proponitur salus
practicè possibilis: ergo &c. Prob. min.
Quoties prudens est iudicium de futu-
ritione salutis, proponitur salus practi-
cè possibilis. Sed quoties dantur fun-
damenta probabilitè suadentia futuri-
tionem salutis, prudens est iudicium de
futuritione salutis: quod enim conse-
quentè non possit haberi tale iudi-
cium, non provenit ex imprudentias;
sed quia voluntas se determinavit ad
primum iudicium incomponibile cum
secundo: ergo salus est practicè possi-
bilis. Alias probationes, & argu-
menta dabimus infrà con-
clusione 6.



(JESUS)

DISPUT. IV.

An pugnet iudicium regulativum
spei cum revelatione dam-
nationis?

HANC DISPUTATIONEM
propono, quia est præcipuum argu-
mentum contra sententias circa iu-
dicium regulativum spei.

SECTIO I.

*Virum ille, cui facta est revelatio de sua
damnatione, quam revelationem mode
supponimus possibilem, possit
sperare?*



Up. i. Ille, cui facta
est revelatio evidens,
& certa de damnatio-
ne quoad penam dam-
ni quomodocumque
operetus, potest sperare, quod non
punie-

punitur pœna sensus. Ratio est: ille, cui proponitur assequibilis carentia pœnæ sensus, potest sperare carentiam pœnæ sensus. Sed tali homini potest proponi assequibilis carentia pœnæ sensus: ergo potest sperare carētiā pœnæ sensus. Hæc tamen spes nō esset spes Theologica, prout hoc desiderat: quia non movetur ex motivo formalī spei, consistente in Deo, ut possidendo; sed solum moyetur ex futuritione carentiæ pœnæ sensus: erit tamen spei, si moveretur ex omnipotentiā auxiliante.

2. Sup. 2. Ille cui facta esset revelationis evidens, vel certa de sua damnatione quomodocumque operetur, non potest sperare. Ratio est: ille cui salus non proponitur practicè assequibilis, non potest sperare. Sed huic homini salus non proponitur practicè assequibilis, ut per se patet: quia potius proponitur, nullum esse medium assequendi salutem: ergo non potest sperare.

3. Dices: Filius sciens Patrem mortitum quibus vis adhibitis remedijs, potest prudenter apponere media conducentia ad salutem, imò tenetur ea apponere: ergo cui facta sit dicta revelatio de damnatione potest sperare.

Prob.

Prob. conseq. Talis homo potest, & tenetur ponere media conducentia ad salutem. Sed vnum ex medijs est ipes salutis: ergo potest sperare salutem.

Resp. dist. mai. Filius potest ponere media conducentia ad salutem, ut ostendat amorem erga Patrem, vel ex alijs finibus, conc. ex intentione salutis, nego mai. prudenter loquendo, & conseq.

Ad prob. dist. mai. Potest, & tenetur ponere media conducentia ad salutem ex intentione salutis, neg. mai. ex alia intentione, subdist. aliqua media, conc. omnia, neg. mai. Quia non tenetur ponere spem, cum eius obiectum sit praeterea impossibile. Si forte spes esset tunc medium ad consequendam salutem: quia ex eo, quod in hac providentia sit medium necessarium, non sequitur, quod tale foret in alia providentia.

4 Sup. 3. Cui facta esset revelatio, *Damnamuris propter peccatum commissum, nullamque dabo griam sufficientem ad surgendum*, non potest sperare, si revelatio esset evidens, aut certa: quia salus non proponebatur praeterea assequibilis. Si vero revelatio solum dicceret, *damnamuris propter peccatum commissum*, haberet possitatem remota-

Sperandi. Prob. Qui potest vitare impedimentum salutis, habet potestatem remotam sperandi. Sed talis homo posset, & teneretur penitere de peccato, qua penitentia vitaretur impedimentum salutis: quia removeretur peccatum, quod erat impedimentum salutis: ergo potest sperare remotè salutem. In hoc tamen casu, cum decretum damnationis esse consequens in penitentiam finalem, saltem conditionatè prævisam, revelatio de damnatione similitè esset consequens talem impenitentiam.

5 His suppositis, Prima sent. absoluē negat dari potestatem proximam cum iudicio absoluto de damnatione. Ita communiter Thomistæ, Palacios disput. 2. Vega, Bañez hic art. 1. dub. 3. Gonet disp. 5. artic. 5. §. 1. Castillo disp. 2. de Timore, & Albendea disp. 7. quæst. 2. latè, ubi post alias affirmations conditionatas, concludit sect. 3. cum revelatione damnationis propter furtum non dari potestatem adhuc remotam sperandi. Et sect. 4. repugnare revelationem absolutam damnationis ob omissionem spei. Palanco quæst. 8. latè. Et ex nostris Vazquez 1. 2. disput. 17. Valencia disp. 3. quæst. 44

Turrianus disp. 65. dub. 2. Meratius
disp. 35. Tannerus disp. 2. quæst. 1.
Coninc disp. 20. dub. 13. In ò aferit
Tanner. omnes Theologos negativæ
sententiaæ subscribere. Secunda sententia
absolutè affirmat cum revelatione dam-
nationis propter peccatum futurum da-
ri proximam potestatem sperandi. Ita
Granad. controv. 2. tract. 3. Azor
tom. 1. lib. 2. cap. 22. Jun. de Præ-
destinat iene, sect. 11. cap. 2. Tertia
sent. dicit, posse sperari salutem, ut pos-
sibilem; non verò, ut futuram. Ita Lot-
ca disp. 18. Quarta sent. dicit, posse spe-
rari, si iudicium sit probabile; secus si
sit evidens, aut certum. Ita insinuat Exi-
mius Suar. disp. 2. sect. 3. num. 7.
Quinta sent. dicit, posse sperari cum
iudicio certo, & evidenti, si revelatio
sit de damnatione propter omissionem
spei, seu sit consequens talem omissionem.
Ita Petrus Hurtado disput. 219.
sect. 2. Ripalda disput. 26. num. 45.
Oviedo controv. 6. num. 35. Aldrete
disp. 11. de Prædestinat. sect. 8. & dis-
put. 2. sect. 6. & 7. Eamque illustrant
AA. Cisterciens. secus verò si revelatio
sit antecedens omissionem spei: hoc est,
si sit revelatio propter peccatum distin-

Cum ab omissione spei. *Sexta sent.* dicit, cum iudicio certo de damnatione, etiam propter peccatum furti, posse sperare; secus cum evidenti. Ita Ripalda cum. 42.

6 Nostra sententia per varias conclusiones dabitur. Dico 1. Cui facta sit revelatio de damnatione propter omissionem spei in instanti A, potest proxime sperare in tali instanti, etiam si revelatio sit certa, & evidens. Seu quod est idem potest sperare cum revelatione etiam evidenti, si revelatio sit consequens omissionem liberam spei. Prob. Cum scientia evidenti Dei de consensu libero Petri, datur potestas proxima dissensus: & cum scientia evidenti Christi de suis actibus liberis, datur potestas proxima non eliciendi tales actus: & in Deo cum scientia de non existentia decreti de altero mundo, datur potestas proxima decernendi alterum mundum: ergo cum evidentia de damnatione propter omissionem spei datur potestas proxima sperandi. Prob. consequ. Ideo primum est verum, quia nulla entitas potest destruere, quod supponit, aliud esset sui destructiva: & dictæ scientiarum supponunt potestatem proximam

nō eliciendi dictos actus liberos. Sed revelatio de damnatione propter omissionem liberam spei supponit potestatem sperandi, alias non esset libera omissione: ergo cum tali revelatione datur potestas proxima sperandi.

7 Prob. 2. consequentia: Ideo dicte scientiae componuntur cum potestate proxima non eliciendi dictos actus: quia cum sint posteriores potestate proxima omittendi tales actus, non possunt variare constitutiva potestatis proxime ad tales actus: & dicta revelatio est consequens omissionem liberam spei: ergo non potest variare constitutiva potestatis proxime ad omissionem spei: & consequenter cum dicta potestate coniungetur. Min. videtur clara: quia revelatio est consequens visionem omissionis immediatè liberæ, propter quam decernitur damnatio: quia ut diximus de reprobatione, impium esset Deum decerne-re damnationem ante absolutam visionem peccati. Sed visio omissionis immediatè liberæ spei est consequens omissionem liberam spei: ergo revelatio supponit omissionem liberam spei. Proh. Tamen illa min. & explicatur,

Quomodo possit stare talis revelatio
Possibilitè cum omissione immediate
libera spei. Si Deus hodie revelaret Pe-
tro suam damnationem propter omis-
sionem liberam spei cras ponendam,
posset cras sperare, si cras obliviscere-
tur revelationis, necnon visa omis-
sione spei recordaretur revelationis: quia
recordatio esset consequens omissionem;
vix potè fundata in ipsa omissione.
Sed revelatio de damnatione propter
omissionem spei fundatur in omis-
sione spei: quia ideo decernit damnatio-
nem, quia videt omissionem: & ideo
videt omissionem, quia erit omissionis:
ergo revelatio de damnatione est con-
sequens omissionem spei.

8. Prob. 2. conclusio: Qui habet
hoc iudicium, *In mea manu est consequi-
salutem*, sine notitia apta ad retrahen-
dum, potest sperare. Sed talis homo
habet dictum iudicium sine notitia ap-
ta ad retrahendum: ergo potest spera-
re. Prob. min. quo ad secundam partem.
Notitia de prohibitione adveniens pro
posteriori, non est apta ad retrahen-
dum ab opere, nec ad reddendum illi-
citem opus. Sed notitia de tali damna-
tione est consequens, ut probavimus,

omissionem spei : ergo non est apta ad retrahendum ab spe.

9 Dices : Talem revelationem signatè supponere potestatem sperandis exerceitè tamen eam auferre : quia auferit iudicium requisitum ad spem , vel saltem impedit eius vires : cum nemo possit prudentè sperare bonum , quod scit non futurum. *Contra*. In primis iudicium evidens de non futuritione salutis non auferit iudicium conditionatum de salute. Deinde non impedit eius vires : quia cum sit postterius omissione spei ; non est in signo apto ad retrahendum : sicut non est in signo apto ad retrahendum ab omissione Sacri notitia præcepti adveniens pro posteriori : & Christus sciens eius opera futura , & se non applicaturum merita pro Iuda , habebat libertatem ad opera , & ad applicandum merita pro Iudeis quia illa scientia cum esset pro posteriori ad opera , non erat in signo apto ad retrahendum ; sed Deus sciens se decrevisse , non dari alterum mundum , habet libertatem decernendi alterum mundum propter eandem rationem. Et creatura cognoscens pro posteriori non amare Deum , habet libertatem amare

q. Et ratio omnium est e quia tales cognitiones non possunt auferre, quod supponunt: & cum adveniant pro posteriori ad exercitia libertatis, supponunt libertatem; Ideo que non possunt illam auferre.

10 Dices 2. Cui facta est revelatio de omissione spei in *B*, non potest sperare in instanti *A*: quia revelatio non est consequens omissionem in *A*; sed solum omissionem in *B*: ergo neque potest sperare in *B*, per se loquendo; sed solum per accidens; hoc est, casu quo obliviscatur revelationis. Prob. conf. In *B*, per se loquendo recordabitur pro priori, se non potuisse sperare in *A*: quia salus non erat futura. Sed haec recordatio enervabit vires ad sperandum in *B*: sicut eas enervaret iudicium de non futuritione salutis: ergo non potest sperare in *B*. Resp. conc. ant. neg. conf. Ad probacionem neg. mai. quia impotentia sperandi pro instanti *A*, est consequens omissionem in *B*: & consequenter etiam est consequens talem omissionem recordatio impotentiae, ut potè fundata in impotentia: ergo recordatio illa erit pro posteriori ad omissionem in *B*, & non

in signo apto ad retrahendum.

11 Dices 3. Pura præcisio re-
velationis , cum reliquis comprinci-
pijs , pro priori non sufficit ad liber-
tatem : ergo requiritur positiva carens-
tia iudicij de revelatione. Prob. ant.
Præcisio revelationis est indifferens , ut
existat revelatio. Sed indifferentia ut
existat revelatio , est indifferentia , ut
existat libertas ; quia si existeret pro
illo priori revelatio non esset libertas ;
ergo pura præcisio revelationis pro
illo priori non sufficit , ut sit libertas ;
siquidem est indifferens , ut sit , vel non
sit libertas. Resp. neg. ant. Ad prob.
dist. mai. Præcisio revelationis est in-
differens , ut sit revelatio pro signo
præcisionis , neg. mai. quia se illud sig-
num constituit per præcisionem à
revelatione , non permittit dari in illo
signo , non præcisionem à revelatio-
ne , seu revelationem. Præcissio reve-
lationis est indifferens , ut sit revelatio
pro signo posteriori , conc. mai. &
dist. min. Indifferentia , ut existat re-
velatio pro priori , seu pro signo præ-
cisionis est indifferentia , ut existat li-
bertas , conc. msj. Permis. implica-
tione in terminis. Indifferentia ut
existat

existat revelatio pro posteriori , nego
min. & cons. propter rationes datus.
Ipsa vero præciso revelationis sola,
cum solum inæquatae constituant li-
bertatem; est indifferens, ut dentur alia
comprincipia libertatis, adeoque liber-
tas pro suo signo : & idem accidit cui-
vis constitutivo libertatis.

12 Dices 4. Libertas constituitur
per carentiam existendi iudicium de re-
velatione priori ; ergo constituitur
per carentiam absolutam iudicij. Prob.
cons. Hoc iudicium existere pro prio-
ri , est hoc iudicium esse causam omis-
sionis. Sed si hoc iudicium esset causa,
se ipso esset causa : ergo si libertas con-
stituitur per carentiam existendi hoc
iudicium pro priori , seu per carentiam
essendi causam omissionis, constituitur
per carentiam absolutam huius iudicij.
Resp. conc. ant. neg. cons. Ad probat.
conc. mai. dist. min. Si hoc iudicium
esset causa , se ipso esset causa signac,
conc. min. exercite , neg. min. in casu
possibili: quia si hoc iudicium esset cau-
sa omissionis , iam non esset hoc iudi-
cium : quia haberet prædicatum essendi
causam omissionis , quod prædicatum
repugnat huic iudicio , ut potè essentia-

litèr

litter existenti pro posteriori : adeoque
in signo inepto ad retrahendum.

13 Dices 5. Prædeterminatio li-
cet non existat pro priori ; sed in signo
medio, auferit libertatem : ergo revela-
tio, licet non existat pro priori auferet
libertatem sperandi. Argumentum pro-
bat scientiam , & prædefinitionem in
exemplis supra positis auferre libe-
ratiem. *Resplconc. ant. neg. conf.* Quia
revelatio est positivè posterior omisso-
ne libera , & non auferit iudicium con-
ditionatum requisitum ad spem ; at vero
prædeterminatio , etiam existens in sig-
no medio, est necessitas immediata , in
impedibilis , auferens immediatè indif-
ferentiam: ideoque formaliter tollit li-
bertatem , & aliunde eam auferit illative:
quia arguit omnipotentiam non esse in-
differentè applicatam , ut Adversarij
fatentur.

14 Multa obiicit Balanco à n. 28.
quæ soluta manent : quia *nescire* , *igno-*
rare , pro signo priori , non opponitur
cum scire pro signo posteriori : sicut
non existere prædeterminationem pro
signo potestatis, seu ex parte actus pri-
mi, non opponitur cum existere præde-
terminationem ex parte actus secundi
iuxta

Juxta Thomistas. Non existere determinationem pro signo libertatis, & indifferentiae; seu quod est idem, *Dari carentiam determinationis, ut existens in signo libertatis indifferentia.* Non opponitur cum existere determinationem pro signo posteriori, & ipsi, & omnes hoc dicentes non concedunt dari duo contradictoria pro diversis signis; sed solum dicunt, quod signum potestatis non constituitur per prædeterminationem, neque signum libertatis, & indifferentiae ad amorem constituitur per amorem: ita similiter dicimus, pro priori ad spem dari carentiam iudicij, ut existentis pro priori; non dicimus absolute, pro priori datur carentia iudicij; sed sic, datur carentia iudicij, ut existens pro priori. Seu illud signum praesertim a tali iudicio, & est indifferens, ut pro posteriori veniat, vel non tale iudicium.

15 Insistit num. 40. Ignorantia de revelatione damnationis propter omissionem spei, aliquam excludit à subiecto notitiam revelationis, cuius subiectum est capax. Vel ergo subiectum est capax habendi notitiam revelationis in illo priori, vel non? Si non

est capax: ergo non excludit notitiam pro signo priori, pro quo non est capax. Sed solum excludit notitiam pro signo posteriori, pro quo est capax: ergo ea ignorantia est incomponibilis cum notitia pro signo posteriori. *Explicat.* Nequit negari ignorantiam illam excludere à subiecto aliquam notitiam tali subiecto possibilem: quia si non ita esset, nulla notitia revelationis possibilis subiecto posset excludere potestatem ad sperandum, aut ignorantiam requisitam ad spem.

16 Resp. neg. ant. & 1. & 2. conf.
 Quia ea ignorantia pro priori solum excludit notitiam cuius est incapax pro priori: quia talis ignorantia solum excludit existentiam iudicij damnationis propter omissionem spei, iudicij, ut existentis pro priori: & tale iudicium non potest existere pro priori. Et hinc negant. explicationis. *Explicat.* Amorem non existere in signo libertatis, seu quod est idem, dari carentiam amoris, ut existentis in signo libertatis, excludit aliquam existentiam possibilem amoris, vel non? Si excludit existentiam possibilem, amor poterit constituer libetatem ad amorem: si excludit exi-

existentiam impossibilem, & cuius subiectum non est capax? Idem dicimus in nostro casu.

SECTIO II.

Aliæ conclusiones.

¶ 17 **D**ico 2. Cum iudicio certo, licet obscuro de revelatione damnationis propter peccatum furti, non datur possiblitas proxima sperandi, si tale iudicium sit in signo apto ad retrahendum, ut revera est, per se loquendo. Conclusio hæc procedit de spe prudenti, & supernaturali, non de spe imprudenti, & naturali: quia imprudenter benè potest sperare. Prob. 1. probatione posita conclusione 2. num. 84. disp. 3. sect. 5. revidenda. Prob. 2. ex August. de Genes. ad lit. cap. 17. & 18. dicente Angelam non prescivisse suum casum: quia non posset perseveratiam sperare. Idem docuit de Adamo, cap. 15. de Charact. & gratia. Consentit Anselm. cap. 12. de Casu diaboli. Vel sic: Non possumus prudenter sperare id, pro quo non possumus prudenter orare. Sed qui sciret esse

esse da manandum, non potest prudenter orare pro sua salute: ergo neque illam sperare. Min. est Aug. lib. 11. de Civit. cap. 24. Si de aliquibus ita Ecclesia certa esset, ut qui sunt illi, etiam nosseremus qui licet in hac vita sine consilium; tamen predestinati sunt in ignem aeternum ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam pro his. Hæc intelligenda sunt de oratione efficaci: quia Ecclesia pro omnibus orat, & certum est non omnes esse salvandos, cum pauci sine electi. De quo

Sect. 3.

18 Huc alludit dictum Samuelis lib. 1. Regum 16. Usquequo in lingue Saul, cum ego proiecerim eum? Et Hieron. 7. Noli orare pro populo, & non absistas mihi, quia non exaudiaris tu. Ioan. 17. Non pro mundo rogo. Et 1. Ioan. cap. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccantis non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Per peccatum ad mortem intelligit D. Thom. peccatum illius, qui nascitur ad mortem praescitus: & August. impoenitentiam finallem: iuxta Suarium tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 15. num. 13. qui num. 12.

dixit,

dixerat, in oratione generali, quæ præ solis prædestinatis potest esse efficax, licere formaliter excludere reprobos non tamen moraliter, v. gr. Petrum, vel Paulum. Idem, quod dicimus de iudicio damnationis, dicimus de apprehensione suaviva iudicij moraliter certi, aut evidenter: quia ea apprehensio eandem ferè vim habet, in ordine ad reddendam imprudentem spem, ac iudicium: sicut apprehensio suaviva iudicij certi, aut evidenter de prohibitione, eandem vim habet ad reddendam illicitam actionem, ac haberet iudicium de prohibitione.

19 Prob. 3. Nullus potest prudenter sperare, quando multum magis ponderant rationes suadentes rem non futuram, quam rationes suadentes rem futuram. Sed quando datur certitudo moralis, aut evidentia de non futuritate salutis, ita accidit: ergo non potest prudenter sperare. Prob. mai. Quæ in alijs materijs extra præsentem disputationem, videtur clara. De ratione spei est petere hilari animo, cum fiducia, certitudine, & quasi cum gaudio de consecutione. Ad Rom. 12. Spe gan-
denses. Sed quando magis ponderan-
gatio

rationes suadentes non futuritionem rei, quam rationes suadentes rei futuritionem, nemo poterit tendere cum fiducia, hilari animo, certitudine, & quasi gaudens de consecutione: ergo non poterit prudenter sperare. Prob. min. Si spes consistet in actu intellectus, certitudo spei, quæ est absoluta, non possit coniungi cum certitudine de non consecutione. Sed licet spes consistat in actu voluntatis, habet similem certitudinem, ac haberet, si consistet in actu intellectus: ergo non potest tendere cum fiducia, certitudine, hilari animo, & quasi gaudiens de consecutione.

20. Prob. 4. Posito tali iudicio, non datur potestas proxima ad actum spei essentialiter liberum tali libertate, scilicet, essentialiter pendente à tali iudicio: ergo neque ad actum spei non essentialiter liberum. Antecedens videtur clarum: quia imprudens est affectus efficax finis, ex se assecurans finem, & ex se connexus cum non assecutione finis. Sed spes ita essentialiter libera, effectus affectus efficax salutis, ex se assecurans salutem, & ex se connexus cum non assecutione salutis: quia connexus est eum iudicio certo in se, & quoad speciem

tantem de non aseccutione salutis: ergo posito tali iudicio non datur potestas proxima ad actum spei, ita essentialiter liberum. Nunc sic: vel qui sperat, nescit, an actus futurus sit essentialiter liber, vel non? Sed posito tali iudicio, non potest habere actum spei essentialiter liberum: ergo neque actum spei, quem nesciat, an futurus sit essentialiter liber. Prob. cons. Qui solum potest habere prudenter actum spei uno modo, non potest habere prudenter actum spei, nisi sciat dandum cum tali modo. Sed posito tali iudicio, ad summum potest prudenter sperare actum spei non essentialiter liberum, & eliciens nescit, an actus spei futurus sit essentialiter liber: ergo nequit habere prudenter actum, quem nescit an futurus sit essentialiter liber.

21 Prob. 5. Si cum tali iudicio possimus sperare prudenter salutem, possimus iurare, promittere, & vovere actum, quem scimus non ponendum. Sed hoc est falsum, quando propter hanc rationem illicitum, & invalidum est votum de non peccando venialiter: ergo cum dicto iudicio non possimus sperare. Prob. mai. Quivis potest promittere?

mittere iurare , & vovere, quod potest prudenter intendere, & prudenter sperare se facturum. Vel sic: Ideo non est licitum votum de non peccando venialiter: quia nullus potest prudenter sperare, se non peccaturum venialiter: ergo qui prudenter potest sperare se facturum aliquem actum , potest illum vovere. 6. Pro signo , pro quo datur impotentia ad carentiam furti, non datur potestas proxima intendendi efficaciter prudenter carentiam furti. Sed pro signo iudicij certi de furto datur impotentia ad carentiam furti : ergo non datur potestas proxima intendendi carentiam furti. Prob. min. Pro signo pro quo datur necessitas ponendi furtum , datur impotentia ad carentiam furti : & pro signo iudicij certi de furto datur necessitas ponendi furtum: quia datur connexio metaphysica cum furto: ergo &c.

22 Nec valet dicere illam necessitatem esse consequentem : quia pro signo necessitatis etiam consequentis ad actum , non datur potestas proxima ad actum: ideoque pro signo actus non datur potestas proxima ad actum ; sed ipse actus. Nec valet dicere talem neg-

cessitatem esse impossibilem: quia dicitur, & non probatur, ut latius dicemus agentes de principio connexo redundantia.

23 Prob. 7. Et supponamus reventionem esse de damnatione in instanti *Z*, pro furto committendo in *A*: intendimus, in *A* non dari potestatem proximam sperandi. Prob. Quando datur impedimentum essentialiter pugnans cum spe inimpedibile à potestate sperandi, non datur potestas proxima sperandi. Sed in *A* datur furtum, & iudicium certum de furto essentialiter pugnans cum spe, quæ est intentio efficax vitandi omnia peccata: & est inimpedibile à potestate sperandi: ergo non datur potestas sperandi. Prob. min. Furtum, & iudicium de facto, solum potest impediiri per potestatem furandi, & non furandi. Sed potestas furandi, & non furandi, non est potestas sperandi: quia hæc petit futuritionem salutis; seclusus potestas furandi: ergo furtum, & iudicium de furto est inimpedibile à potestate sperandi.

24 Consulto dixi non dari potestatem proximam sperandi, si iudicium de damnatione sit in signo apto ad

retrahendum, qualiter est per se loquendo, iudicium de damnatione propter furtum. Si verò libertas ad sperandum fuerit eadem, cum libertate ad futundum, ut potest esse per accidens, eo quod pro signo priori ad furtum, in quo non datur iudicium de furto, datur iudicium de futuritione salutis: & etiam, quia libertas ad intentionem finis potest esse libertas ad electionem medij, qualis est vitatio furti: tunc datur potestas proxima sperandi: quia revelatio esset consequens libertatem sperandi: siquidem esset consequens libertatem furtandi, quæ est eadem cum libertate sperandi. Imò esset consequens exercitium libertatis sperandi: quia tunc idem esset se determinare ad furtum, ac se determinare ad omissionem spei: sicut idem est se determinare ad amorem, ac se determinare ad carentiam odij incomponibilis cum amore. Et quando libertas ad intentionem finis est eadem cum libertate ad electionem medij necessarij, idem est se determinare ad carentiam electionis. Ideoque cum tali revelatione per accidens potest dari potestas proxima sperandi; secus per se loquendo,

SECTIO IIJ.

Solvuntur argumenta.

25 **O**bijc. 1. Quivis potest intendere prudenter, & efficaciter finem, quem scit esse in sua potestate. Sed talis homo scit salutem esse in sua potestate: ergo potest illam intendere. Prob. min. Qui scit salutem esse sibi liberam, scit salutem esse sibi possibilem, & in sua potestate. Sed primum scit talis homo; ergo &c. Confirm. Qui habens impedimentum ad aliquem finem, cognoscit esse in sua potestate auferre impedimentum, potest efficaciter intendere finem. Sed habens iudicium certum de damnatione propter furtum, quod est impedimentum salutis, cognoscit esse in sua potestate vitare furtum, & iudicium de damnatione; ergo potest intendere efficaciter salutem. Prob. mai. Qui sedet potest intendere efficaciter addire sacrum: quia cognoscit habere in sua potestate vitare sessionem, quae est impedimentum cendi: & sic de alijs: ergo &c.

24 Confirm. 2. Talis homo habet libertatem obtainendi salutem, & observandi mandata. Sed unum est mandatis est

est actus spei: ergo habet libertatem ad spem. 3. Talis homo tenetur confiteri; & ad confitendum est necessarius actus spei: ergo tenetur ad spem, & consequenter habet potestate sperandi, ne teneatur ad impedibile. 4. Talis homo potest vitare furtum: ergo potest intendere vitationem furti. Cur enim poterit prudenter intendere vitare, quod tenetur vitare? Nunc sic: sciens se non vitaturum furtum potest intendere prudenter vitationem furti; ergo sciens se sua culpa non obtenturum salutem, potest prudenter intendere salutem. Prob. an. ex D Thom. 1. 2. quæst. 17. art. 5.
Omne quod est in nostra potestate subiaceat imperio nostro.

27 Propter hæc, & alia infra, credideram, dictum hominem posse intendere, & desiderare salutem; non vero sperare: quia ad spem requiritur futuritio rei, cum ad desiderium sufficiat possibilitas, & quia ad spem requiritur talis certitudo obiecti, ut aliqui iudicarent spem esse actum intellectus, in quo solum poterat dari talis certitudo, & certitudo nullatenus requiritur ad desiderium: ideo dicebam, ex eo, quod finis possit intendi, & desiderari, non

Sequitur, quod possit sperari: quia plus
ra requiruntur ad spem, quæ non re-
quiruntur ad desiderium, & præcipue
futuritio rei, & talis certitudo de ob-
tinendo bono, ut præ certitudine repa-
tetur quasi possesum. Ex Paulo supra,
spe gaudentes; sed re melius considerata
idem dicendum iudico de desiderio
efficaci prudenti, ac de spe; de quo
postea.

28 Ideo dist. mai. Quivis potest
intendere efficaciter, & prudenter si-
nem quem scit esse in sua potestate: si
non habeat pro priori, & in signo ap-
to ad retrahendum notitiam certam de
non affsecutione finis, conc. mai. si pro
priori habeat notitiam certam de non
affsecutione finis, neg. mai. Quia quo-
modo ponet prudenter media, facies
sumptus aggredietur longum iter ad
consequendam dignitatem, quam certo
scit non consequendam, quamvis ob suam
culpam, & quia scit quod etsi ponat
multa, non ponet omnia media? Et quis
amicus in tali casu consiliabitur, ut ta-
les sumptus, & itinera aggrediatur? Ad
primam confirmationem similiter di-
co, qui habens impedimentum ad finem,
scit in sua manu esse vitare impedimen-

tum, potest prudenter, & efficaciter intendere finē, si non sciat pro priori non vitandum esse impedimentum; siccus si sciat propter rationes datas, Scripturam, & Aug. suprà allegatum.

29 Ad 2. Talis homo habet potestatem remotam obtinendi salutem: quia salus solum est remote in nostra potestate: & habet potestatem proximam, vel remotam observandi præcepta: & habet obligationem sperandi: ex quo solum sequitur habere potestatem remotam sperandi: quia habet potestatem proximam vitandi furtum, quo vitato, non datur iudicium de damnatione, & tunc dabitur potestas proxima sperandi. Sicut extingens lucem, & proiecens breviarium in mare, dum proiecit habet obligationem recitandi; & tamen solum habet potestatem remotam recitandi, scilicet potestatem non proiecendi breviarium, quo non projecto, posset proxime recitare.

30 Ad 3. Talis homo tenebitur confiteri, sicut tenetur sperare, ad quod sufficit esse in sua manu habere potestatem proximam confitendi, & sperandi. Hæc dixi, admisso, quod in illa providentia esset necessarius actus spei ad salu-

salutem, qui necessarius est in hac praevidentia: & de alia providentia, quæ tunc esset, nihil scimus. *Ad 4.* Ille homo tenetur vitare furtum; sed non potest intendere prudenter vitationem furti, quia non potest intendere prudenter, quod certo scit non futurum, & pro priori scit, ut tunc accideret, cum revelatio non sit posterior carens intentionis.

31 Quod addit ex D. Thom. verum est loquendo de imperio prudenti, vel imprudenti. Itaque prudenter subiacet imperio nostro, quod est in nostra potestate, & prævidetur futurum: imprudenter subiacet imperio nostro, etiam quod prævidetur non futurum: in quo solo sensu possunt esse vera alia verba D. Thom. 1. 2. quæst. 13. art. 6.

Quidquid ratio apprehendere post, ut bona in hoc voluntas tendere posset. Si loquitur de affectu efficaci: quia affectu inefficaci, non solum in non futura, verum & in impossibilia tendere potest voluntas.

32 Dices: Non potest esse imprudens volitio salutis cognitæ non futuræ, quando imprudens est nolitio salutis cognitæ non futuræ, & imprudens

est titulo excludendi volitionem salutis. Sed nolitio salutis cognitæ non futuræ est imprudens titulo excludendi volitionem salutis cognitæ non future: ergo non potest esse imprudens volitio salutis cognitæ non futuræ. Min. videatur certa: quia qui tenetur consequi, & tendere in aliquod bonum, imprudenter haberet actum excludentem tendentiam in tale bonum. Sed talis homo tenetur, & in sua manu habet consequi salutem: ergo imprudenter haberet nolitionem salutis excludentem volitionem tendentem in salutem, & imprudenter haberet talem nolitionem titulus excludendi volitione in tendentem in salutem.

33 Resp. conces. mai. neg. min. quoad secundam partem. Ad prob. dist. mai. Qui tenetur consequi aliquod bonum, imò & tendere in illud bonum, imprudenter haberet actum excludentem tendentiam in tale bonum *antecedenter* ad notitiam de non futuritione boni, conc. mai. *consequenter* ad notitiam de non futuritione boni, subdist. imprudenter haberet actum excludentem tendentiam, *aliquem* actum excludentem tendentiam, conc. mai. *omnem* actum

actum excludentem tendentiam , nega-
mai. Ex quo sequitur , non esse impru-
dentem talem actum titulo excusudenti
tendentiam in tale bonum : alias omnis
actus excludens tendentiam esset im-
prudens. Explico solutionem.

34 Itaque. Habita tali notitia , &
consequenter ad illam posset quis pru-
dentè dicere , *Nolo habere intentionem
salutis : nolo ponere media ex hac inten-
tione , ut consequar salutem :* quia sciens
non obtinentur dignitatem , prudenter
potest dicere , *Nolo facere sumptus , ex
hac intentione , ut consequar dignitatem.*
Non tamen potest talis homo habere
hunc actum , *nolo salutem :* quia salus est
ad eum magnum bonum , ut reddat illici-
tum hunc actum : ideoque Deus illum
prohibet. Sicut filius sciens Patrem non
adepturum salutem corporalem ; modo
abesset scandalum , posset dicere saltem
intra se , *Nolo facere sumptus . ex inten-
zione consequendi salutem Patris , quam
scio non futuram ;* non tamen potest ha-
bere hunc actum , *nolo salutem Patris :*
quia et si non possit intendere pruden-
ter salutem ; potest tamen vitare hunc
actus , *nolo salutem Patris :* quia salus
Patris adeo est amabilis , & veneranda ,

ut reddat illicitum hunc actum.

35 Obijc. 2. Qui scit certo commissurum furtum anno sequenti, potest firmiter proponere, & promittere se non commissurum tale furtum: ergo qui scit damnandum propter furtum potest prudenter sperare. Prob. antec. 1. Habens talē notitiam potest hoc anno amare Deum super omnia. Sed amor Dei super omnia est propositum nunquam, & nullum committendi peccatum: ergo potest proponere non committere illud peccatum. *Aliet* Amor Dei super omnia determinat ad odio habendum quidquid opponitur voluntati Dei, quale est furtum futurum. Sed tale odium est propositum non peccandi: ergo si habens talē notitiam est potens proximè amare Deum super omnia, potest habere propositum non committendi illud peccatum. Prob. 2. antec. Sciens commissurum furtum anno sequenti potest hoc anno furari, & hoc anno resurgere à peccato intra, vel extra Sacramentum. Sed ad resurgentem à peccato requiritur propositum non peccandi, saltem peccato eiusdem rationis cum peccato confessio: ergo potest proponere non furaturum anno

anno sequenti. Mai. videtur clara; alias etiam damnaretur propter peccatum huius anni, cum non esset remissum: & possibilis est revelatio dicens: *Vnicè damnaberis propter furtum anni sequentis, & eius impenitentiam.*

36. Prob. 3. antecedens. Pœnitens præ consuetudine, & fragilitate agnoscens se relapsorum, potest se disponere ad Sacramentum, & proponere non peccare. Et quis dicat non esse prudens propositum nunquam peccandi venialiter, & tamen est moraliter certum peccaturum venialiter: ergo habens notitiam certam de furto futuro potest proponere prudenter non comissurum tale furtum.

37 Resp. dist. ant. Qui seit certo furaturum anno sequenti, potest proponere non comissurum furtum, propositione formaliter tali, neg. ant. *virtualliter tali*, conc. ant. & neg. conf. Ad probationem concess. mai. dist. min. Amor Dei est propositum *virtuale* non peccandi, conc. min. quia est incomponibilis cum peccato: est propositum *formale*, neg. min. & conf. Ad aliud dist. mai. Amor Dei determinat formaliter ad odio habendum, quod opponis-
tus

eur voluntati Dei , neg. mai. quia potest dari amor Dei nullam habens tendentiam formalem in peccatum : determinat virtualiter , & equivalenter, subdividit in quo : equivalenter in ordine ad incompossibilitatem cum peccato , conc. mai. in ordine ad tendentiam circa viciationem peccati , neg. mai. cum ergo amor Dei sit odium virtuale peccati, solum est virtualiter propositum non committendi peccatum in ordine ad incomponibilitatem cum peccato; non in ordine ad sic tendendum , propono nullum committere peccatum. Et similiter actus contritionis qui , est formaliter odium peccati , solum est virtualiter propositum non peccandi de ceteris sicut attritio de peccato commisso solum est virtualiter propositum non illud committendi , in ordine ad incomponibilitatem cum illo.

38 Ad secundam probationem: Sciens suraturum anno sequenti potest futurari hoc anno , & resurgere à peccato intra , & extra Sacramentum: quia potest habere contritionem , & attritionem includentem propositum virtuale non futurandi anno sequenti, modo explicato ; non tamen potest habere

bere propōsum formale prudens non
surandi anno sequenti propter rationes
conclusionis. *Ad 3.* Pœnitens nun-
quam habet certitudinem moralem
strictam de relapsu gravi , alijs estet
impossibilis moraliter vitatio relapsus ,
& invalidum votum non relabendi , quæ
nullus Catholicus fateretur. Propositum
verò vitandi omnia venialia , nisi igno-
rantiæ , aut probabilitas contrariæ sen-
tentiaæ excusat , per se est imprudens:
sicut imprudens est votum illa vitandi.
Hæc dixi in communi sententia dicente
invalidum esse votum non peccandi ve-
nialièr : quia si fuerit validum , in quod
inclinò , erit prudens propositum non
peccandi venialièr , eo quod proposi-
tum hoc non sit de re impossibili , preut
proponitur: quia solum proponit vi-
tari omnia in hoc instanti , quod est
possibile , & vitare omnia in sequentis
quod est possibile , & sic de alijs , sed
de hoc plura dicemus infra.

39 Insistes : Spes salutis in dicto
homine non est imprudens titulo desi-
derij salutis : quia cur erit imprudens
desiderium boni assequibilis à deside-
rante ? Non titulo determinandi me-
dia ad salutem: quia non est imprudent
des.

Determinatio ad ponenda media pro consecutione finis, quando homo habet in sua manu ponere media, & consequi finem, & tenetur ponere media, & consequi finem. Aliter: Non est imprudens titulo modi tendendi signatio quia sic solum est desiderium salutis, & desiderium salutis est prudens, dum est inefficax, ut diximus de voluntate illa generali, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, praesciens non omnes esse salvandos: non titulo modi tendendi exerciti, hoc est, quia determinat ad ponenda media; tum propter dictum quia haec volitio generalis prudens est, & determinat Deum ad ponendam media: ergo ex nullo capite est imprudens.

40 Aliter: Non est imprudens spes in tali casu titulo certitudinis, quam debet habere: quia certitudo spei non est certitudo connexionis absolute cum salute: alias reprobri non possent sperare; sed solum certitudinis conditionate, scilicet si ipsa steterit: quia ipsa stante, determinabit ad ponendam media ad salutem. Sed ad affectum habentem certitudinem solum conditionata sufficit iudicium conditionatum
De Spe, & Char. R. 157

certum, si per me non susteris consequar salutem, quod datur in tali casu: ergo non est imprudens spes in tali casu.

41. Resp. Spem non esse imprudentem titulo desiderij salutis; sed titilio desiderij efficacis determinantis adponenda non solum aliqua; sed omnia media, & ad illa ponenda ex intentione salutis: quia ex intentione, ut diximus de prædefinitione pœnitentiæ, solum potest orihi electio formalis medij. Et imprudētia est, quod quis sciens certo non obtenturum supremam dignitatem, quia sua culpa deficiet aliqua diligentia, & medium, millia ducatorum impenderet, & laboriosum iter aggredieretur ab obtainēdam tamē dignitatem. Quis amicus consiliabitur, quod similes sumptus, & labores aggrediatur ex illo fine? Credo, quod ridezimus similem hominem, si fidenter dicceret hæc, & illa faceret, obtenturus illam dignitatem. Sane in obtainendis saecularibus, aut Ecclesiasticis dignitatibus, nullus ita se gerit, cum prudentiores sint filii saeculi filiijs lucis.

42. Hinc patet ad secundum. Ad tertium: fateor spem præter certitudinem affectivè absolutam, certitudinem obieci.

objectivè conditionatam, seu effectivè conditionatam, si ipse stetere sibi habere certitudinem effectivè absolutam, seu efficacem à veritate exitimo ad actum ita effectivè efficacem vitia futuritionem conditionatam solum requiri, quod non detur proprieti iudicium de non futuritione proper dicta: & quia certitudo spēi, est quasi gaudium de possessione, quod gaudium dari non potest cum certitudine de non futuritione boni.

43. Insistes: Div. Petrus post revelationem Matth. 26. & 31. Omnes scandalum patiemini in nocte ista. Et v. 35: Antequam gallus canet, ter me negabis, dicebat, iei si oportuerit me mori tecum, non te negabo: ergo eum revelatione de futuritione peccati componitur desiderium, & propositum non committendi peccatum. Et Isai. 5: Spectavi, ut facias reas, fecisti autem labruscas. Introducit Deum eum scientia materiali operis sperantem spē laxa, bona opera Iudaorum. Resp. cuon Ruiz, & Aldrete supr. sect. 5. num. 9. Revelationem illam reputatam esse à D. Petro comminatorem, aut conditionalem. Nisi viscerent periculum, quod insinuavit Div.

Pecus respōndens , non me terret pē-
ticulam ; Quia eis oportuerit , memori
scum , non te negabo : & viterius patet
non esse propositam Div. Petr. illam
revelationem , & assertionem eventus
cum certitudine morali , alijs argueret
ur à SS. PP. ut infideljs , quia discre-
debat revelationi propriæ cum certis
iudicis moralis . Vnde fuit Div. Petrus
credidit illa verba non continentia asser-
tionem absolutam , sed assertionem
conjecturalem fundatam in magnitudine
ne periculorum cui respondit D. Petr. di-
cens , Eisti oportuerit , &c. Verba Isaiae ,
solum denotant desiderium inefficax
salutis , quod prudenter dati potest cum
scientia non futuritionis . Similiter ex-
plicandus Marcus 2. vers. 24. Et in-
gressus domum , neminem valuit scire , &
non potuit latere .

44 Insistes : Ecclesia cum notitia
certa de damnatione plurimorum orat
pro omnium salute , Libera Domine ani-
mas omnium fidelium defunctorum de
panis inferni . Et Christus scens Deum
nolle transferre calicem oravit , Pater ,
sevis , transfer calicem istum à me . Lu-
cae 22. Sed quod possumus orare , pos-
sumus desiderare ; ergo cum notitia
certa

Eerta de non futuritione salutis possuimus desiderare salutem. Idem docet Chrysost. hom. 2. in 1. Timoth. 2. Si omnes ille vult salvos facere, pro omnibus oportet orare. Et quis credit Div. Petit scientem negationem futuram, non posuisse petere gratiam efficacem non negandi, cum potuerit, & debuerit facere illam gratiam efficacem? Et ratio a priori omnium est: qui teneat vitare peccatum, potest apponere media ad vitandum peccatum. Sed vnum ex medijs est intentio vitandi peccatum: ergo cum sciens futurum peccatum teneatur illud vitare, potest intendere vitacionem peccati.

45 Resp. cum Suarez. Orationes Ecclesiae solum esse efficaces respectu praedestinorum; respectu verò reproborum esse tantum inefficaces: quod desiderium inefficax recte comprehendit, cum notitia damnationis: sicut mercator sciens non posse conservare merces, easque proiiciens in mafe, inefficaciter vult merces retinere. Et Deus vult, omnes homines salvos fieri, & aliqua media ponit ex hae intentione; sub scientia tamen de non salute omnium, non potest intendere efficaciter salutem.

omnium, neque præbere auxilium efficax ad salutem omnium; recte tamen potest apponere medium inefficax, si cui & mercator. Hinc patet ad verba Chrysost. Ad id, quod additur, dico: D. Petrum scientem futuram negationem, & gratiam conferendam fore inefficacem, non posse petere gratiam efficacem. Et ratio est: quia licet Div. Petrus poterat, & tenebatur vitare peccatum; quia scientia de non vitatione non existebat in signo apto ad retrahendum à vitatione peccatis, ut illa scientia, ut fatentur Adversarij, existit in signo apto ad retrahendum ab intentione, & desiderio efficaci ponendi media efficacia ad vitandum peccatum. Vnde non poterat intendere efficaciter apponere omnia media, etiam laboriosa, & ardua, propter rationes conclusio-
nis in proprio habendas; sed solum poterat intendere inefficaciter vitationem peccati, ex qua intentione oritur positio medij inefficacis, ut in exemplis allatis.

46 Obje. 3. Eatenus iudicium certum de tali revelatione auferret potestatem sperandi, quia destrueret obiectum spei quoad nos. Sed illud non
de-

destruit: ergo &c. Prob. min. Obiectum spei est futuritio conditionata salutis, si per nos non sterterit. Sed iudicium certum de damnatione non destruit hanc futuritionem, neque hoc iudicium: ergo non destruit obiectum spei. *Resp.* conc. mai. neg. min. Ad probat. dist. mai. Obiectum spei ex futuritio conditionata cum carentia non futuritionis absolute *pro priori*, conc. mai. quia hoc requiritur ad erigendum animum, & ad certitudinem spei: quæ etsi solum sit obiectivæ, & effectivæ efficax conditionate; est absolute efficax affectivæ; est solum futuritio conditionata, nego mai. & conf. Itaque illa revelatio est consequens libertatem furandi, & ideo illam non auferit, non tamen est consequens libertatem sperandi, & ideo illam auferit.

47 Obijc. 4. Piùs est consequi salutem, quam illam sperare. Sed cum notitia certa damnationis potest homo consequi salutem: ergo &c. Insto argumentum: Piùs est consequi salutem, quam regnare in Hispania. Sed quivis habet in sua manu consequi salutem: ergo &c. *Resp.* conc. mai. & min. neg. conf. Quia homo habet potestatem vi-

vitandi omnia peccata : cum iudicium de damnatione non se habeat in signo apto ad retrahendum à vitatione peccati, propter quod damnatur : & cum potestas vitandi peccata non constituatur per carentiam iudicij , ut existentis proprieti, de non vitatione omnium: quia non constituitur per iudicium de futuritione salutis ; non tamen potest sperare : quia illud iudicium , cum non consequatur omissionem spei , se habet pro priori ad omissionem , & sic non relinquit salutem sufficienter futuram ad erigendum animum , & quasi gaudendum de possessione præ securitate spei. Si ita proponatur.

48 Difficilius est consequi salutem , quam eam sperare. Sed cum dicta notitia potest homo consequi salutem ergo & eam sperare. Dist. mai. difficilius est consequi salutem , quam eam sperare , non se habente pro priori hac notitia, conc. se habente pro priori hac notitia, neg. mai. Quia se habente pro priori hac notitia, spes est antecedenter impossibilis; at verò consequi salutem, non est antecedenter impossibile : quia datur potestas antecedens vitandi peccatum, & revelationem,

49 Obijc. 5. Sicut spes requirit; bonum esse futurum , ita timor requiri-
t , malum non esse determinatè futu-
rum. Sed cum notitia certa mortis ti-
memus mortem : ergo cum notitia cer-
ta damnationis possimus sperare. *Resp.*
neg. mai. quia ad timorem solum requi-
ritur malum esse futurum , & est futu-
rum , quando est determinatè futurum.
Sed de hoc plura dicemus sect. vltima.

SECTIO IV.

Aliæ conclusiones.

50 **D** Ico 3. Cum revelatio-
ne evidenti de damna-
tione propter furtum datur potestas
remota sperandi. *Prob.* contra Thom.
præcipue Albendea. Data revelatione
de damnatione propter furtum , datur
potestas acquirendi iudicium regulati-
vum spei : ergo datur potestas remota
sperandi. *Prob. ant.* Data tali revela-
tione , datur potestas proxima impe-
diendi furtum , sed impedito furto , da-
tur potestas proxima acquirendi iudi-
cium regulativum spei : ergo &c.
Prob. mia. Impedito furto , iana impe-
di-

ditur iudicium de damnatione propter furtum. Sed impedito iudicio de damnatione , & fundamento illud habendi , datur potestas proxima acquirendi iudicium regulativum spei : quia datur iudicium conditionatum de salute , & cum nihil appareat connexum cum damnatione , potest iudicari probabilem esse futuritionem salutis: ergo.

51. *Confirm.* Eatenus non habet potestatem remotam sperandi , quia non potest auferre scientiam , nec revelationem , quæ est impedimentum spei , & potestatis proximæ ad spem. Sed hoc non obstat in principijs Thomistarum , vt habeat potestatem remotam ad spem : etgò. Prob. min. In principijs Thomistarum , vt habeat potestatem remotam ad spem , sufficit quod habeat potestatem proximam ad aliquid , ex quo inferatur , ablatum esse impedimentum potestatis proximæ ad spem ; & inferatur etiam dari potestatem proximam ad spem : ergo non obstat. 4. Prob. ant. Qui nec habet , nec habiturus est auxilium supernaturale ad actum contritionis , habet potestatem remotam ad actum contritionis iuxta Thomistas : quia , si per illum non fieri ,

habebit talē potestatē : aliās , *aliqua Dei praecepera essent impossibilia hominibus iustis secundum praesentes , quas habent vires ; quae est una ex propositionibus Baij damnatis ab Inn. X.* Sed talis homo iuxta Thomistas , non habet potestatē impediendi scientiam vitiōnis de carentia actus salutaris , & de carentia auxiliij : nec habet potestatē impediendi decreta , quæ dantur ; sed solum habet potestatē faciendi *quod est in se* , ex quo facto insertur , non dari talē scientiam , nec decreta : ergo . Et quidem ut vidimus disp . 6 de Liber . Arbitr . hac ratione probat D . Thom . nūc tūm in sylvis , & infideles negatiū posse salvāri : quia si ipsi per vires naturae benē operentur , Deus infallibiliter dabit sub hac conditione , vel dispositione negativa notitiam mūsteriorum fidei : quia hoc pertinet ad cius providentiam .

52 Confirm . 2. Si doctrina Adversiorum eslet vera , cui facta esset duplex revelatio , alia sic , *Si non committeras furum cras , salvaberis.* Alia sic , *Damnaberis :* quia committes furum cras , hic non haberet potestatē remotam sperandi . Sed eam habet : ergo .

Prob .

Prob. min. Qui habet in sua manu iudicium absolutum de futuritione salutis , habet potestatem remotam sperandi. Sed hic habet in sua manu iudicium absolutum de futuritione salutis : ergo. Prob. min. Qui habet iudicium conditionatum de futuritione salutis , & habet in sua manu iudicium de purificatione conditionis , habet in sua manu iudicium absolutum de futuritione salutis . Sed hic habet iudicium conditionatum de futuritione salutis , & habet in sua manu iudicium de purificatione conditionis : ergo. Prob. min. Quoad 2. part. Qui habet in sua manu ponere sem per se notam , habet in sua manu iudicium de tali re. Sed hic habet in sua manu non furari , quod semel existens est per se notum : & non furari est purificatio conditionis : ergo.

53 Prob. 2. Conclusio: Positopraecepto, per vos, datur in Christo vera potestas ad omissionem mortis : ergo posita revelatione de damnatione datur vera potestas ad spem salutis; non proxima : ergo remota. Prob. 1. conseq. Non est magis impossibilis salus , posita revelatione de damnatione , quam omissione mortis positio praecepto , utrumque

quē enim est impossibilis in sensu composito: & sicut omissio mortis est possibilis in sensu diviso, ita salus est futura in sensu diviso revelationis de damnatione: ergo si posito præcepto datur in Christo vera potestas ad omissionem mortis, posita revelatione de damnatione, datur vera potestas ad spem salutis. 3. Posita tali revelatione potest desperare: ergo datur vera potestas ad spem, non proxima: ergo remota. Prob. 1. cons. Malitia desperationis consistit, per vos, in privatione rectitudinis spei, scilicet mediata re-
ctitudinis, ut fatetur Albend. disp. 7.
quæst. 2. num. 122. Sed non potest dari privatio rectitudinis spei, quin deretur potestas saltem mediata, & remota ad rectitudinem spei, seu ad spem: ergo datur potestas saltem remota ad spem.

54 His positis de spe. Gonet negans potestatem sperandi sub revelatione certa de damnatione afferit disput. 5. cap. 5. §. 1. dari potestatem desiderandi salutem: quia desiderium non petit futuritionem; sed solam possibilitatem obiecti. Iun. sect. 11. cap. 3: num. 12, ait: Desiderium ferri posse

etiam ad impossibilia inefficaciter; & forsitan prudenter, & affectivè efficaciter, si tendat in illud sub conditione, quod esset possibile, quod probat ex Arist. 3. Ethic. 2. *Electio est possibilium, voluntas est etiam impossibileum.*

ab 55 Dico 4. Cum iudicio certo damnationis se habente pro priori non datur potestas proxima desiderandi prudenter salutem. Prob. 1. Ratiōnibus quibus probavimus non dari potestatē proximam sperandi. 2. Deus regulatus scientia visionis de existentia futura Anti-Christi, non potest intendere efficaciter vitationem Anti-Christi: ergo homo regulatus iudicio certo de peccato futuro, non potest intendere prudenter vitationem peccati. Prob. cons. Ideò primum est verum, quia iudicium de futuritione Anti-Christi est connexum cum eius existentia futura, adeoque reddit imprudentem, & consequenter impossibilem Deo vitationem Anti-Christi: & iudicium de peccato futuro est connexum cum peccato: ergo homo regulatus iudicio certo de peccato futuro, non potest prudenter intendere vitationem peccati.

56 3. Probabit aliquis. Si possemus

mus orare pro vitatione peccati , quod scimus futurum : possemus etiam orare efficaciter pro vitatione peccati præteriti . Sed secundum est falsum : ergo & primum . Prob . mai . Tam antiquum est decretum non vitandi peccatum futurum , quam decretum non vitandi peccatum præteritum , & tam non vitabitur peccatum futurum , quam peccatum præteritum : ergo si possumus orare pro vitatione peccati futuri , possemus orare pro vitatione peccati præteriti .

57 Izquierdo disp . 42 . num . 137 . concedit sequellam , si petamus præcindendo à præterito . Quod insinuat Ecclesia , dum orat , *Libera Domine animas omnium fidelium defunditorum de pœnis inferni* , & Aug . relatus à D . Thom . part . 1 . quæst . 19 . artic . 3 . *Nullus sic salvus , nisi quem Deus voluerit* , ideo orandus est ut velit , & volitio datur , vel non datur ab æterno . Iun . supra cap . 3 . num . 8 . ait , nos posse orare pro vitatione rei præterite , si prudenter præsumimus , eius decretum non esse independens à nostra oratione præsenti ; præsumimus tamen magis præterita , quam futura esse independentia à nostris

stris orationibus. Et quidem inefficiaciter possumus prudenter desiderare vitationem peccati futuri iuxta omnes; & non possumus desiderare inefficacièr vitationem peccati præteriti: nisi prudenter præsumamus, decretum permisivum peccati præteriti pendere ab orationibus præsentibus, quod possibile iudicat Iun. suprà; impossibile vero Herrera in hac providentia, quæst. 14. de Prædest. sect. 2. num. 16. exceptis orationibus Christi, & Beatiss. V. M.

§ 8 Aliter probatur conclusio: Quia imprudens, & invalidum est votum non peccandi venialiter, eo quod certum moraliter sit non vitandum omnem peccatum veniale. Communis responsio est, vitationem peccati venialis esse impossibilem antecedenter; at vitationem peccati futuri esse impossibilem consequenter; ideoque possumus intendere vitare secundum, secus primum. Verum eti omnia sententia sit, imprudens, & invalidum esse votum nunquam peccandi venialiter, vellem quod liceret dicere non esse invalidum tale votum, & consequenter non esse imprudens propositum vitandi omnia venalia. Proponam rationes, eas relinquo meliori iudicio,

1. Quia

59 1. Quia tale votum nunquam obligaret in actu secundo ad aliquid moraliter impossibile; quia solum obligat in actu secundo pro hoc instanti, & postea pro alio, &c. & non est moraliter impossibile vitare omne veniale in instanti determinato. 2. Votum obligat ad rem implendam modo, quo possit impleri: sic votens construere templum, non tenetur edificare hodie totum templum; sed hodie fundamenta v. gr. cras parietes, postea tectum: ergo cum hodie nequeant vitari peccata venialia totius vitae: votens non peccare venialiter hodie, tenebitur vitare peccata hodierna, quae possunt vitari hodie, & cras crastina, &c. 3. Deus præcipit vitari omnia venialia: & in nobis amor huius legis est prudens, & lex est prudens: dicamus ergo legem esse prudentem: quia Deus non præcipit impossibilia, quae talia sicut prout sunt terminus obligationis in actu secundo, seu obligationis exercitæ. Et si impossibilia sicut prout sunt terminus obligationis in actu primo, & obligationis signatæ: & idem dicemus de voto.

60 4. Ex eo quod Deus possit producere omnia, non sequitur posse
De Spe, & Char. S pro

producere omnia cathegorematicè , & collectivè; sed solum syncathegorematicè , & distributivè; hoc est, posse producere totam collectionem distributivè: dicamus ergo , votum obligare ad omnia venialia vitanda syncathegorematicè , & distributivè; hoc est, quodvis, & ad vitanda in quovis instanti omnia , quæ possint vitari in illo instanti. Clariùs : ex eo, quod Deus possit omnia , non sequitur posse producere hodie durationem crastinam: quia hæc nequit existere hodie : ergo ex eo , quod homo teneatur vitare omnia venialia, non sequitur, quod teneatur vitare hodie peccata crastina ; sed solum hodie nostra, quæ possunt vitari hodie: & sic votum, eis validum , habebit similes vires ad obligandum, ac Deus habet ad producendum.

61 5. Leges , & natura rationalis cum auxilijs ordinarijs gratiæ , est necessitas moralis vaga committendi aliquod veniale : vel ergo est imprudens amor huius complexi, vel non ? Si non est imprudens , neque votum erit imprudens ; dicere autem, talenm amorem esse imprudentem, videtur durum .

62 6. Tam moraliter necessarium est,

est, hominem involutum saeculi strepi-
tu aliquando peccare lethaliter : & iu-
venem mediocriter bonum saepè laces-
sum aliquando peccare lethaliter, quam
religiosum peccare venialiter : sicut
non imprudens est iudicium vitationis
omnis venialis in secundo, ita impru-
dens est iudicium vitationis omnis le-
thalis in primo. Sed in illis est validum
votum non peccandi lethaliter, & pro
occasionebus, quibus lacescuntur : ergo.
7. Necessitas metaphysica vaga consen-
sus sub infinitis auxilijs non opponitur
libertati ad dissensum iuxta commu-
nem sententiam: ergo necessitas mora-
lis vaga committendi aliquod veniale
non nocebit libertati morali vitandi
veniale. Sed potest moveri, quod libe-
rum est moraliter: ergo &c. Haec pro-
posui, quia frequentius servire solent.
Post haec scripta vidi P. Muniesam do-
cte, & ingeniosè defendantem tom. de
Gracia, disp. 9. sect. 8. esse validum
votum de nunquam peccan-
do venialiter.



SECTIO V.

Aliæ conclusiones.

63 **D**ico 5. Qui pro priori
iudicari, Probabile est
non futuram salutem proprius furtum, po-
test proximè sperare. Probi. Qui iudi-
cat probabile esse futuram esse salutem,
potest prudenter sperare. Sed habens
primum iudicium potest simul iudica-
re probabile esse futuram esse salutem:
ergo &c. Min. est certa: quia illa duo
iudicia possunt esse simul vera, & pos-
sunt simul existere. Mai. prob. Habens
probabilitatem de consecutione digni-
tatis, prudenter potest ponere media,
etiam ardua ad consequendam dignita-
tem: ergo habens probabilitatem de fu-
turitione salutis potest prudenter spe-
rare.

64 Dico 6. Cum hoc iudicio pro-
babili existenti pro priori, non conse-
quar salutem, componitur potestas pro-
xima sperandi. Hoc difficilius est, &
minus commune, ideo oppositum do-
cent præter alios, RR. Cisterc. qui so-
lum concedunt potestatem remotam
speci

Sperandi. Prob. tamen. Cum hec iudicio probabili, non consequar salutem, componitur hoc iudicium, probabile est, quod consequar salutem. Sed dato secundo iudicio datur potestas proxima sperandi, etiam in praesentia priui iudicij: ergo &c. Mai. est vera: quia affirmans non dari prædeterminationem, potest simul affirmare probabilem esse sententiam adstruētem prædeterminationem: cum hæc duo iudicia, nec ex obiecto, nec ex modo tendendi opponantur.

Prob. min. Non habet maiorem vim ad retrahendum hoc iudicium: probabile, non consequar salutem, quam hec, probabile est, quod non consequar salutem. Sed cum secundo iudicio datur potestas proxima sperandi iuxta dicta: ergo cum primo. Prob. mai. Non exigit maius fundamentum, nec magis apparet de non futuritione salutis primum, quam secundum iudicium: & exercitè hoc notificat primum iudicium, siquidem tendit cum formidine. Sed solus retrahit ab spe non futuritione apparet: ergo &c.

65 Explicatur: Vis auferendi potentiam proximam sperandi non ita alijata est iudicio de non futuritione sa-

Iutis, ut existente iudicio de non futuritione pro priori, semper deficiat potentia proxima sperandi: quia existente imprudenter iudicio de non futuritione salutis ad presentiam argumentorum suadentium certo moraliter futuritionem salutis, datur potentia proxima sperandi. Nec ita est alligata, ut deficiente iudicio de non futuritione salutis, derur potentia proxima sperandi, semper ac deficiat: quia si ad presentiam argumentorum suadentium cum certitudine non futuritionem salutis, deficeret iudicium de non futuritione salutis, non deretur potestas proxima sperandi prudenter: ergo vis auferendi potentiam proximam sperandi consistit in fundamento de non futuritione salutis sufficienter apparenti, vel in apparentia sufficienti talis fundamenti, sive appareat per iudicium, sive per apprehensionem. Sed idem fundamentum apparet ad hoc iudicium probabile, non consequar salutem, ac ad hoc, probabile est, quod non consequar salutem: ergo si secundum non auferit potentiam proximam sperandi, neque primum.

66 Prob. 2. Eatenus cum hoc iudicio probabili, non consequar,

quar salutem, non daretur potentia proxima sperandi, quatenus hoc iudicium habitum pro priori, non posset componi cum iudicio existenti pro priori de futuritione salutis. Sed potest componi cum tali iudicio; ergo datur potentia proxima sperandi. Mai. est vera: quia iudicium, quod potest componi cum absolute futuritione salutis in re, & in existimatione, non auferit futuritionem requisitam ad spem. Min. prob. ex dictis disp. 3. sect. 3. contra RR. Thomistis ab impugnatione 4. hic evidens. 3. Cum dicto iudicio sit iudicium de futuritione salutis sufficiens ad erigendum animum, & ad ponenda media prudentie in ordine ad consecutionem salutis: ergo sit potentia proxima sperandi. Prob. ant. Cum dicto iudicio sit hoc iudicium, in mea manu est consequi salutem, & hoc, forte fallor, dum iudico salutem non esse futuram, & hoc, viri graves dicent, salutem esse absolutam futuram. Sed haec iudicia sufficientia sunt ad erigendum animum: ergo cum dicto iudicio, &c.

67 4. Sicut iudicium de non futuritione salutis reddit imprudentem

spem, ita iudicium de prohibitione reddit imprudentem operationem. Sed cum iudicio probabili de prohibitione stat iudicium excusans operationem ab imprudentia: ergo cum iudicio probabili de non futuritione salutis stat iudicium excusans spem ab imprudentia. Min. probatur: Cum iudicio probabili stat hoc iudicium, *viri graves dicunt oppositum, & eorum authoritas pluris est, quam meum iudicium, ideo forte fallor, & hoc iudicium excusat operationem ab imprudentia; immo reddit operationem valde prudentem: quia magna prudentia est non fidere in propria prudentia: ergo.*

68 Explicat. Cum simili iudicio de prohibitione stat, superiorēm præcipere operationem, & præceptum intimari, & consequenter operationem esse prudentem: ergo cum iudicio probabili directo de non futuritione salutis stat, superiorum præcipere, spem, quia iudicat, futuram esse salutem, & quod præceptum reddat prudentem spem. Sed cum iudicio reddentem spem stat potentia proxima sperandi, quod attinet ad iudicium; ergo cum iudicio probabili de

non futuritione salutis stat potentia proxima sperandi.

69 2. Cum iudicio probabili de eo quod actio A non est medium ad consequandum finem , stat quod quis prudenter eligat medium A ad consequendum finem ; ergo cum iudicio probabili de non futuritione salutis , stat quod quis prudenter intendat salutem. Prob. antec. cum tali iudice stat , quod quis dicat , Et si iudico attinacem A , non esse medium ad finem : quia tamen vos amici , prudentes & docti dicitis esse medium , illud ergo ad finem . Sed haec cedatio est prudens iuxta dicta : ergo . Vnde cum iudicium de non futuritione probabile , non auferat futuritionem salutis certo ; sed tantum probabilitate , relinquit salutem sufficienter futuram in ordine ad spem : quia eam relinquit conditionate futuram , & forte probabilitate , & iudicium probabile de non futuritione non enervat vires huius iudicij .

70 Adde cum tali iudicio probabili , non solum posse coniungi potentiam proximam sperandi ; sed actualem spem . Si vero iudicium fuerit supernaturale , & verum , & revelatio fuit de damnatione propter peccatum

committendum in A, quod sit ultimum
vitæ, tunc non dabitur potestas proxi-
ma sperandi pro illo instanti: non quia
non detur iudicium sufficienter regula-
tivum spei, datur enim iuxta dicta; sed
quia tunc datur antecedens connexum
cum carentia spei, quale est illud iudi-
cium, & illa revelatio: & aliunde est
inimpedibile à potestate sperandi, quia
antecedit omissionem spei, & omis-
sionem intentionis vitandi omnia pecca-
ta: siquidem iudicium solum est con-
sequens furtum, & potestatem furandi,
ut sèpè diximus. Si iudicium fuerit na-
turale, spes poterit coniungi cum iu-
dicio falsificando iudicium; verum
non cum iudicio, ut verò, quia veri-
tas iudicij consistit in existentia furti,
quæ existencia est incomponibilis cum
intentione efficaci vitandi omnia pec-
cata. Alia dedimus sect. 4. conclus. 5.

71 Dices: Qui probabilitè iudi-
cat, non consequar salutem, quamvis
dentur fundamenta probabilitè sua-
dentia futuritionem salutis, illa non
acceptat. Sed idem est non acceptare
fundamenta, ac non dari in ordine ad
reddendam prudentem operationem:
ergo sic iudicant, licet dentur fonda-
men-

menta probabilitè suadentia futuritio-
neni salutis , non potest sperare.

2. Qui ad præsentiam fundamentorum
in contrarium prudentè assentitur
non futuram salutem , reiçit fundamen-
ta opposita tanquam insufficientia . Sed
reiçieps fundamenta opposita tanquam
sibi insufficientia , imprudentè opera-
bitur conformiter ad fundamenta re-
iecta : ergo imprudentè sperabit.

3. Qui iudicat , impossibilem esse præ-
determinationem ad actus liberos , & si
probabilis sit sententia opposita , &
videat eorum fundamenta , non timet
dari prædeterminationem : quia reiç-
it fundamenta prædeterminationis
tanquam sibi insufficientia : ergo si-
militè.

72 Resp. dist. mai. Qui probabi-
liter iudicat , non consequar salutem . Et
si dentur fundamenta , &c. Illa non ac-
ceptat tanquam vera , conc. mai. tan-
quam verosimilia , neg. mai. Quia exer-
citur dicit fortè fallor , & reflexè potest
dicere , hæc fundamenta probabilem
reddunt sententiam oppositam , quod
est acceptare illa tanquam verosimilia .
Et distincta similitè min. neg. conseq.
Ad secundum dist. mai. Qui prudentè
assen-

assentitur non futuram salutem , reiçit
fundamenta opposita , tanquam sibi in-
sufficientia ; ad reddendam veram futu-
rificationem , permis. mai. ad reddendam
verosimilem futuritionem , neg. mai. &
similiter dicit. min. neg. cons.

73 Ad 3. Qui iudicat impossibili-
tem prædeterminationem , iodo pro-
babilis sit ei sententia opposita , timer,
& debet timer , velisperare , an det-
etur determinatio: quia formidolosè iu-
dicat non dari : & exercitè dicit , aut
potest dicere , fortè fallor . Solutio con-
stat exemplis allatis , quibus vidiimus
prudenter posse eligi medium , quod
judicamus ineptum ad assequendum fi-
nem , si viri graves iudicant esse aptum.
Et licetè possimus facere , quod iudica-
mus prohibitem , si alij iudicent non
esse prohibitem. Et prudenter possu-
mus intendere finem , quem iudicamus
non futurum , sive rō similitè sit futu-
rum , eo quod viri graves afferant esse
futurum.

74 Dico 6. Possibilis est revelatio
certa , & evidens de damnatione pro
furto , aut quovis alio peccato , quæ
coniungatur cum potentia proxima
sperandi ; imò & cum spe. Prob. Pos-
sibi-

Possibilis est hæc revelatio , & si speratus es in A , damnaberis propter furtum committendum in B . Sed hæc revelatio , ut patet , coniungetur cum potentia sperandi ; immo & cum spe , alias esse falsa : ergo possibilis est revelatio certa , & evidens de damnatione pro fatto , & quovis peccato , quæ coniungatur cum potentia proxima sperandi , & cum spe . Prob . mai . 1 . Quia non apparet implicatio . 2 . Eatenus non esset possibilis : quia hæc revelatio se habet pro priori ad spem , & eius omissionem ; sed non se habet pro priori ad spem : quia consequitur actum spei . Si- eut scientia Dei de consensu non con- stituit potestatem proximam ad consen- sum , & scientia Dei de non existentia alterius mundi , non constituit potesta- tem proximam decernendi alterum mun- dum : quia se habet pro posterio- ri ad decretum de non existentia alte- rius mundi .

75 Dico 7 . Cum revelatione de damnatione propter peccatum desperationis poterit aliquando dari potestas proxima sperandi . Prob . Desperatio aliquando potest esse , non quia obie- quam non est futurum ; sed quia est valde

arduum. Sed tunc potest dari potentia proxima sperandi : quia tunc potest proponi salus sufficienter futura : ergo &c. Tunc autem revelatio erit coniequens desperationem , & omissionem spei , & ideo non dabitur in signo apto ad retrahendum. Erit consequens omissionem spei : quia dabitur libertas contrarietatis ad spem, & omissionem desperationis ; & ad desperationem , & omissionem spei : sicut saepè datur libertas contrarietatis ad amorem , & odium potestas ramen ad sperandum, non constitueretur tunc per habitum spei, si habitus spei sit ex natura rei inconiungibilis cum desperatione; si vero solum sit inconiungibilis ex lege Dei impedibili , ut verius iudico, rectè potest constitui potestas proxima sperandi per habitum spei : quia tunc desperans coniungeret desperationem cum habitu spei , & impediret legem Dei.

76 Dico 8. cum RR. Cisterc. cum revelatione certa de damnatione propter omissionem spei in A , vel in B, componitur potestas proxima sperandi in A , vel in B. Quod detur potestas saltē remota sperandi patet: quia revelatio est de omissione culpabilis

bili in *A*, vel in *B*, ad quam saitem requiritur potestas remota. Quod detur potestas proxima prob. Possibilis est revelatio de damnatione propter omissionem spei immediete liberam in *A*, vel in *B*. Sed talis revelatio coniungetur cum potentia proxima sperandi in *A*, vel in *B*: ergo &c. In mai. non apparet implicatio, & si aliqua apparuerit vincetur probatione min. Prob. min. Talis revelatio est consequens, vel esse potest (hec dico pro mai. probanda) scientiam medium, immo scienciam visionis de omissione immediete libera in *A*, vel de omissione immediete libera in *B*, quia Deus non revelat, nisi quod videt futurum: & si fuerit consequens omissionem immediete liberam in *A*, in *A* dabitur potestas proxima sperandi, licet non detur in *B*, & si fuerit consequens omissionem immediete liberam in *B*, in *B* dabitur potestas proxima sperandi, licet non detur in *A*: ergo &c. Min. est clara contra Sapientis. MM. qui hanc conclusionem negantes dicunt, facta revelatione de omissione immediete libera in *A*, dari potestatem proximam sperandi in *A*; quia revelatio est con-

sequens omissionem immediate liberam in A.

77 Prob. conclusio 2. Revelatio de damnatione consequens omissionem immediatè liberam in A, stare potest cum potestate proxima sperandi in A: Sed revelatio disiunctiva dicta potest esse consequens omissionem immediatè liberam in A: ergo &c. Prob. min. Deus videns Petrum omissorum spem in A, potest revelare disiunctivè, omissorum in A, vel in B: quia sciens determinatè potest affirmare disiunctivè, quin loquatur contra mentem: ergo hæc revelatio disiunctiva potest esse consequens omissionem immediatè liberam in A: & consequenter, non solum per accidens, sed per se loquendo, datur potestas proxima sperandi in A, vel in B: quia hæc revelatio per se potest esse consequens omissionem immediatè liberam in A v. gr.

78 Dices: Supponamus, quod Deus viderit omissionem spei in A, & in B, & quod ex quavis omissione tanquam motivo sufficienti decernat damnationem. Tunc non poterit sperare in A: quia licet ea revelatio sit consequens omissionem in A, quatenus dicit

dama-

damnationem propter omissionem in A; non tamen est consequens omissionem in A, quatenus dicit damnationem propter omissionem B. Sed revelatio, quæ non est consequens omissionem in A, afferit potestatem sperandi in A: ergo tunc non datur potestas proxima sperandi in A. Eadem forma probatur, non posse tunc cum dicta revelatione disiunctiva sperare in B.

79 Resp. In tali casu in utroque instanti, in A scilicet, & in B posse sperari: quia intellectus assentitur revelationi per unicum iudicium, & per se loquendo ita assentitur: cum ergo illud iudicium sit indivisibile, & sit pro posteriori ad omissionem in A, dum proponit omissionem in A, est etiam pro posteriori ad omissionem in B, dum proponit omissionem in B: & omission in A posset impedire illam revelationem, & scientiam Dei regulantem tale decretum damnandi. Similiter dicendum est de B.

80 Ex his infertur cum hac revelatione, *damnaberis ob quedam peccatum*, non determinando quale, poterit stare potestas proxima sperandi, si scis *De Spe, & Char.* T licet

Jicet peccatum, propter quod decernitur damnatio, & revelatio, sit omissio spei: quia tunc revelatio in re est consequens omissionem spei; si vero peccatum, propter quod decernitur damnatio, & revelatio, non sit omissio spei, sed fur- tum v. gr. per se loquendo, non dabitur potestas proxima sperandi: quia re- velatio per se loquendo est antecedens omissionem spei. Ex dictis facilè colli- gi potest, cum quibus revelationibus stare possit non solum potestas proxi- ma sperandi; sed ipsa spes, quod omit- to, ne longior fiam.

SECTIO VI.

An Deus possit alicui revelare absolute suam damnationem?

81 **S**up. 1. contra RR. citat. à Maistro disp. 6. de Virtu- tibus Theologicis, quæst. 19. artic. 1. Deum nulli revelasse absolute assertori- è suam damnationem: quia nullum datur fundamentum. Nam Ioan. 13. vbi Christus vocat Iudam, *Filiū per- ditionis*, solum probat, hoc esse reve- latum alijs; non vero ipsi Iudæ. Et il- lud

Iud Matth. 26. *Va autem illi, per quem filius hominis tradetur!* melius intelligitur de revelatione comminatoria. Et revelatio de Anti-Christo, verius est, quod non sit illi sufficienter propo-nenda: quia licet constet, Anti-Chri-stum esse damnandum, non constabit ipsi, se esse Anti-Christum: siquidem aliij applicarunt revelationem de Anti-Christo Mahometo, aliij Luthero.

82 Sup. 2. Deum in hac provi-dentia nulli posse revelare absolute suam damnationem: constat ex Div. Thom. quæst. 23. de Veritat. artic. 8. ad 2. *Dicendum, quod quamvis de poten-tia absoluta Deus possit revelare suam damnationem alicui; non tamen hoc potest fieri de potentia ordinaria: quia hac re-vellatio cogeres eum desperare.* Vbi quid- quid sit de ratione S. Doct. negat con-clusione. n de potentia ordinaria. His positis, Bonav. & aliij citati ab Exim. Suar. disp. 2. num. 6. negant possibi-lem talem revelationem adhuc de po-tentia absoluta. Esparza quæst. 31. de Virtutib. Theologicis dicit, non posse Deum revelare alicui absolute suam damnationem, nisi simul extrahat ab statu, & obligatione viatoris. Coninc-

disp. 20. num. 20. dicit ,impossibilem
esse revelationem factam homini iusto,
secus peccatori , cui consentit Esparza,
Suar. supr. sect. 20. & reliqui commu-
nitet , quos sequitor Ripald. disp. 18.
num. 26. Mastrius disp. 6. de Virtut.
Theolog. quæst. 19. Genet supr. , &
Albendea dicunt , de potentia absoluta
possibilem esse revelationem certaine de
damnatione.

83. Placet hæc sententia. Prob. 12
ex D. Thom. supr. Prob. 2. Deus po-
test decernere , quod decrevit de Ange-
lis , non dari gratiam ad resurgendum
committenti furtum , & hoc certo re-
velare. Sed in tali casu committens fur-
tum esset ex vi revelationis certus de
fua damnatione: ergo potest Deus reve-
late alicui certo suam damnationem.
3. Deus potest communicare Anti-
Christo scientiam , quam habet circa
ipsum , & revelare ipsi certo , quod re-
velavit alijs. Sed Deus scit certo , An-
ti-Christum damnandum , & hoc certo
revelavit Ecclesiæ : ergo potest idem
revelare Anti-Christo. Prob. mai. Ideo
non posset , quia talis communicatio , &
revelatio opponeretur alicui attributo:
Sed non opponitur: ergo &c. Prob. min.

Non opponitur bonitati: quia eis talis revelatio sit aliqua occasio peccandi, & desperandi, non esset occasio data, sed accepta, & Deus non tenetur vitare omnes occasiones peccandi: scut non tenetur negare auxilium p: ævum inefficax: & aliunde posset Deus conferre auxilia, quibus vitarentur peccati, quæ occasionare posset revelatio. Deinde Deus non est causa per se peccati, eo quod ponat aliquid indifferens ad peccatum ex iusta causa, ut patet in collatione auxiliij ingefficacis: sicut in creatis non peccat femina se ornans ex præcepto mariti, & si sciat aliquos in generali esse inducendos ad peccatum.

84. Deinde non opponitur iustitiae: quia revelatio potest esse de damnatione proprii peccatum commissum, & sic iam poena est posterior culpa.

2. Licet sit proprius peccatum futuri, Rihad, disp. 23. de Prædestin. num. 13. & quidam citari ab Aldrete disp. 5. de Prædest. dicunt, Deum posse anticipare poenam, sicut & præmium. Hoc durum est, & falsum esse diximus agentes de principio meriti; verum dicimus, revelationem de peccato futuro non esse ex intentione puniendi tali revelatione;

Sed ex alijs finibus: itaque revelatio non esset subiectivè pœna , sed tantum obiectivè , sicut electio ad gloriam ut coronam ante prævisa merita non esset subiectivè præmium , sed tantum obiectivè.

85 Deinde non opponitur misericordiæ , sicut non opponitur in æternum punire, & dare auxilium inefficax: nec repugnat statui viatoris : quia hic status salvatur per unionem animæ ad corpus mortale ; præsertim cum talis homo sit in statu merendi , & vitandi revelationem : ideoque habeat obligationem remotam sperandi , quatenus habet obligationem vitandi peccatum , in quo fundatur revelatio , quo sublato dabitur potestas proxima sperandi : sicut projiciens breviarium , in instanti , in quo projicit , habet obligationem recitandi , & peccat projicendo breviarium : quia impossibilitat ad recitandum. Idem de extingente lucem , & de recedente in die festo à loco , ubi est sacrum , ad locum , ubi non est: ergo.

86 Dices : D. Thom. suprà dicit , si Deus revelaret alicui suam damnationem in præsenti providentia , cogeret eum desperare. Sed Deus nullum

potest cogere desperare , etiam in alia providentia : ergo neque tevelare suam damnationem. 2. Per eam revelationem induceretur homo ad peccandum , & impelleretur ad desperandum. Sed Deus non potest inducere , nec impelleret ad peccandum : ergo neque facere talem revelationem. *Resp.* Rationem D. Thom. esse venerandam , sed eius venia non admittendam , nisi quatenus ponat in aliqua occasione desperandi: cum tamen in maiori occasione peccandi ponat conferendo auxilium inefficax : ideo conc. mai. dist. min. Deus non potest propriè cogere desperare , & ex intentione desperationis , conc. min. impropriè cogere: id est , ponere in occasione , in qua desperet , neg. min. & conf. Et quidem scire velle , quomodo Deus cogat ad desperandum revelando damnationem , & in sententia Thoministarum non cogat ad desperandum decernendo , & prædeterminando materiale desperationis identificatum , vel saltem connexum cum formalí desperationis. *Ad* 2. dist. mai. induceretur homo ad peccandum præter intentionem , & sine obligatione vitandi eam occasionem , conc. mai. ex intentione ,

neg. mai. sicut accidit in collatione sua
xliij ineflicacis, & in communi sen-
tentia dicente, Deum per se causare co-
gitationes malas necessarias, motus
primoprimos. Preterquam quod ex
iusta causa, qualem habet Deus ex in-
finitis titulis, plura licent, quæ non
licent sine causa: sic sc̄emina non licet
aperire sua peccata extra confessio-
nem: nec nudari, nisi ad curationem,
& alia huiusmodi.

87 Obijc. 2. Duas implicantias. In primis ille homo tenetur sperare: quia tenetur obseruare præcepta, & se disponere ad iustificationem in Sacra-
mento Pœnitentiæ, ad quod requiriatur
spes, & propositum vitandi omnia
peccata. Deinde non teneretur: quia
non potest proximè sperare, nec pro-
ponere vitationem omnium peccato-
rum prudenter, cum pro priori sciat
non vitanda. Deinde teneretur non
desperare, ut patet, & posset licet
desperare: quia desperatio est nolitio
beatitudinis, quæ tunc licet: quia li-
cet, se conformare cum Deo nolente
beatitudinem, & licet velle, quæ Deus
vult. Et præcipue hoc esset verum, si
possibilis sit revelatio de damnatione

quomodo cumque operetur, quod possibile indicat Iun. scđt. 16. de Prædest. cap. 2. pro se citans Gran. & Erice dicentes, Deum posse damnare in æternum innocentem; iesi oppositum pīd, & merito doceant Izquierdo disp. 44. num. 19. Herrera quæst. 17. de Prædestinatione, & alijs apud ipfes.

88. Resp. Talem hominem teneri sperare, etsi advertat peccare contra spem non vitando peccatum, in quo fundatur revelatio, & iudicium de futuritione damnationis: sicut peccat contra obligationem recitandi proximiciens b. eviarium: & in hoc sensu tenetui se disponere ad iustificationem, & ad proponendum vitare peccata, id est, tenetuo acquirere potestatem proximam proponendi vitare omnia peccata; non tamen tenetur proxime sperare: nec tenetur proxime habere propositionem formale vitandi omnia peccata; dico formale: quia propositum virtuale contentum in amore Dei iudicatur habere: quia tunc fecerit proximè amare Deum, cum non sit aliis modis se iustificandi. Hoc est, consequentè ad illud iudicium iam non tenetur sperare, nec proponere: sicut proximiciens

breviarium, iam non peccat in non recitando consequenter ad projectionem, ut verius iudicamus contra Thomistos; peccat tamen contra spem in non vitando tale iudicium, vitando peccatum, in quo fundatur: sicut peccat contra obligationem recitandi proijcens breviarium.

89 Ad 2. Consequenter ad tale iudicium licita est desperatio negativa consistens in omissione spei: & tristitia, & dolor boni amissi, qui affectus reduci possunt ad desperationem negativam. Similiter dico cum Oviedo infra, Coninc supr. num. 109. Mætratio disp. 35. & alijscit. à Rip. disp. 28. num. 41. Licere tunc desperationem consistentem in nolitione intentionis beatitudinis: quia intentio beatitudinis est imprudens consequenter ad ilud iudicium. Non tamen licet desperatio beatitudinis propriè talis, consistens in nolitione beatitudinis: quia beatitudo est tam grande bonum, vt reddat intrinsecè malam eius nolitionem: sicut damnatio est tam grande malum, vt reddat intrinsece malam ejus volitionem. Nec omnis conformitas cum divina voluntate est sancta, sed

sed solum conformitas negativa consistens in subiectione ad divinam voluntatem, ut faciat, quod libuerit: & positiva consistens in eo, quod velimus, quæ Deus vult, nos velle; non vero licet velle, quidquid Deus vult; alias licet velle collationem auxiliij inefficacis, permissionem peccati, non remissionem, & poenas damnatorum.

90 Dices: Eatenus est licita nolitio intentionis beatitudinis, quia intentio proponitur impossibilis; non vero quia proponitur mala. Sed etiam beatitudo proponitur tunc impossibilis, quamvis non mala: ergo si licita est nolitio intentionis beatitudinis, licita est nolitio beatitudinis. *Resp.* Maiorem implicare in terminis: quia si intentio beatitudinis proponitur impossibilis, & hoc ipso stulta, eo ipso proponitur mala; impossibilitas vero beatitudinis non reddit illam stultam, neque malam.

91 Insistes; Iuxta Oviedo contr. 6. num. 33. Homini non elevata licita est nolitio beatitudinis supernaturalis, & nobis licita est nolitio unionis hypostaticæ in nobis: quia sunt antecedenter impossibles. Sed in casu revelationis, præcipue si sit de damnatione

propter peccatum commissum, & Deus deinceps non conferre gratiam, etiam sufficientem ad resurgentem, beatitudo est antecedenter impossibilis: ergo licita erit eius nolitio. 2. Per nos voluntio est illicita: ergo nolitio est licita: quia ex actibus oppositis, dum unus est illicitus, alter est licitus. Si enim unus est illicitus titulo exclusiendi alium, quomodo alter non erit licitus?

92. Resp. negant. Quidquid dicat Driedo, propter rationes medieatas: sicut homini non elevato non impetrat odium Dei, ut Authoris supernaturalis: quia est tam grande bonum Deus, ut Author supernaturalis, ut in quovis, & quomodolibet constituto reddat illicitum eius odium. Ad 2. Nolitio beatitudinis non est illicita, quia excludit volitionem; sed quia beatitudo est tam grande bonum, ut reddat illicitam eius volitionem. Recedit autem stat, volitionem esse illicitam ex hoc capite, & volitionem esse illicitam ex alio, scilicet, quia imprudentem: sicut si Deus, ut potest prohiberet amorem sui, odium Dei esset intrinsecè malum; & amor esset extrin-

trinsecè malus ratione præcepti. Sic accidit in nostro casu : Nolito beatitudinis esset intrinsecè mala ; & volitio esset extrinsecè mala : quia esset imprudentis, & stulta, quæ imprudentia accidentalis est volitioni beatitudinis.

93 Infistes : Si licita est nolitio intentionis salutis , licita erit nolitio mediotum ad salutem. Sed observare præcepta est medium ad salutem : ergo licita erit nolitio impletionis præceptorum. *Resp.* disti. mai. Licita erit nolitio mediorum , *ut talium* , conc. mai. materialiter talium , neg. mai. & conc. min. dist. conf. eodem modo. Itaque tunc licita esset hæc nolitio , *Nolo audiere Sacrum ex fine consequendi salutem efficaciter volito* , quia audire Sacrum ex tali fine , esset imprudentia , & stultitia : & dum stulta est intentio , & elecitio mediorum , *ut talium* , licita est nolitio mediorum *ut talium* ; at vero illicita esset hæc nolitio , *Nolo audire Sacrum* , quia tunc Sanctum esset auditore Sacrum , & dabatur obligatio implendi præcepta , possent impleri.

94 Obijc. 3. Si possibilis esset tamen revelatio in homine iusto , esset credibilis , ne esset stulta. Sed at illa non esset

esset credibilis : ergo non est possibilis.
Prob. min. Iustus credens revelationem
 de sua damnatione mereretur de con-
 digno gloriam. Sed gloria nequit stare
 cum revelatione de damnatione : ergo
 mereretur , quod impediretur , aut fal-
 sificaretur revelatio de damnatione;
 quod videtur falsum. **Præsertim**, si fin-
 gamus tale meritum fidei connecti cum
 illa revelatione , ut in alijs casibus fin-
 gi solet.

95 **Resp.** neg. min. Ad probatio-
 nem dist. mai. Iustus credens mereretur
 de condigno gloriam , vt conceden-
 dam sub conditione decessus in gratia,
 conc. mai. vt absolutè conferendam,
 neg. mai. & concess. min. neg. conseq.
 quia cum non purifetur casus , non
 est cur mereatur absolutè impeditio-
 nem revelationis ; mereretur tamen
 conditionatè impeditiōnem revelatio-
 nis veræ , & absolutæ de damnatione;
 sicut meretur conditionatè impeditio-
 nem visionis absolutæ de damnatione.
 Meritum autem fidei non est connexum
 cum revelatione vera de damnatione;
 quia meritum stat in imperio volunta-
 tis , quod dari posset prudenter , et si
 revelatio esset solum existimata : vt di-
 ximus

ximus de rustico credente quaternitatem personarum propositam à Parocho.

96 Obijc. 4. Si possibilis esset talis revelatio, posset esse de damnatione propter peccatum desperationis. Sed non potest ita esse: ergo &c. Prob. min. Tunc non daretur peccatum desperationis: quia non datur libertas ad peccatum desperationis: ergo &c. Probat. antec. quoad 2. part. Quando non datur libertas requisita ad sperandum, non datur libertas requisita ad peccatum desperationis. Sed tunc non datur libertas requisita ad sperandum: ergo &c. Resp. Talem revelationem esse possibilem, & auferre libertatem ad sperandum; non verò libertatem ad desperandum: quia tunc libere potest carere, & se abstinere à nolitione beatitudinis, & ab affectu positivè nolente beatitudinem, et si non possit habere prudenter volitionem efficacem beatitudinis, quia esset stulta.

97 Obijc. 5. Status damnationis pugnat cum statu viatoris. Sed casus revelationis esset status damnationis: ergo &c. Prob. min. Intimatio sententie est status damnationis. Sed revelatio de damnatione est intimatio sententie: er-

go &c. Resp. neg. mai. & probatio-
nem: quia non constituit statum damnationis status intimationis sententiae
præcisæ; sed ulterius requiritur, quod
non detur potestas vitandi intimatio-
nem sententiae, vitandi pœnas, & me-
rendi gloriam: tunc autem ille homo
habere potestatem vitandi pœnas, & in-
timationem sententiae: imo haberet
obligationem, qua tenetur vitare pec-
catum, in quo fundantur. Mitto Beatif.
V. M. habuisse revelationem suæ glo-
riæ, & fuisse in statu viatoris. Hæc
mitto, ne dicas, statum beatitudinis
consistere in positivo & in negativo vero
statum damnationis: quod quia volun-
tarium est, & leve, non immoramus in
eius impugnatione.

SECTIO VII.

*An habita pro priori revelatione veritate
beatitudinis, possimus sperare
beatitudinem?*

98

Sup. 1. Oviedo controly. 31
num. 8. negat posse dare
strictam spem de bono certo assequen-
do, quod non est aliquo modo in
nostra

nostra potestate. Affirmat Ripalda dispu-
t. 21. num. 33. Arriaga disp. 26.
num. 24. Esforc. cap. 12. num. 19 et
verius iudico circa tale bonum non pos-
se dari spem vulgarem; secus spem stri-
ctam. Non posse dari spem vulgarem
circa tale obiectum, constat ex Diva
Thom. 1. 26 quæst. 67. artic. 4. ad 3.
*Non posset dari spe's de bono, enī
iam inevitabilem causam habemus.* Ideo si
cet possimus spe vulgari sperare exi-
stentiam auxiliorum efficacium: quia si
per nos non steterit, existent talia au-
xilia; non tamen possumus sic sperare
auxilia, ut præparata. Possumus stricta
spe sperare bonum certum futurum,
v. gr. salutem, quia possumus illam de-
siderare ex motivo spei, scilicet ex bo-
nitate salutis.

99 Sup. 2. Cum iudicio certo exi-
stenti pro priori de futuritione salutis,
non datur potestas proxima timendi
prudenter: quia nemo potest pruden-
ter timere pro signo, pro quo securus
est de futuritione boni. Si vero revela-
tio sit de salute consequenda propter
timorem damnationis, cum revelatio sic
consequens timorem, potest prudenter
timere, immo potest coniungi timor
De Spe, & Char. V. suam

cum revelatione. In hoc nulla apparet difficultas, quæ non sit victa loquendo de spe.

100 Sup. 3. Timorem, sicut spem, dividi in timorem physicum, & vulgarem. Ad timorem vulgarem requiritur, quod malum, quod timetur sit magnum: quia communiter non dicimus timere malum leve. Item requiritur, quod malum non sit certo futurum proprii: quia malum certo futurum communiter reputatur malum praesens, & inter illa quæ remedio carent. An vero posimus timere timore physico, malum certo futurum pro priori: dubium est, quod resolvetur, simul ac quæstio proposita de spe.

101 Lorca sect. 2. disp. 9. num. 7. dicit, non posse dari spem cum cognitione evidenti boni futuri; secus cum certa, ut salvet spem in animabus Purgatorij. Castillo disp. 1. de Spe, q. 13. negat posse dari spem cum cognitione certa. Idem negat spem in animabus Purgatorij. Oviedo controv. 5. p. 4. dicit, cum tali cognitione posse dari spem, quando bonum futurum sit industria sperantis. Conine disp. 19. n. 11. Petrus Hurtad. disp. 108. §. 11. sine distinc-

distinctione dicunt, posse dari spem cum cognitione certa, & evidenti de bono futuro. Hanc conclusionem sibi indubitatem dicit Ripalda disput. 25. num. 17, imò disp. 49. de Ente supernaturali, num. 33. dicit, si in reprobis detur iudicium absolutum falsum de futuritione salutis, hoc per accidens posse concurrere ad spem in consortio aliorum principiorum necessariorum.

102 Dico cum cognitione certa, & evidenti de bono futuro posse dari spem. Prob. Desiderium beatitudinis, quod moveatur ex motivo spei, est actus spei. Sed cum certitudine, & evidencia salutis potest dari desiderium, quod moveatur ex motivo spei: ergo &c. Min. & mai. quæ patent in Christo, animabus Purgatorij, Beatif. Virg. quia Christus cum scientia evidenti de futuritione salutis illam desideravit, & speravit: Animæ Purgatorij, & Beatif. Virg. cum cognitione certa salutis habuerunt desiderium, & spem. Prob. tam illa mai. Evidentia, & certitudo boni futuri non opponitur cum conditionibus requisitis ad spem: ergo absolute loquendo, desiderium, quod moveatur ex motivo spei, est actus spei:

Prob. ant. Si cum aliquibus conditionibus opponeretur maximè cum arduitate, & contingentia; sed arduitas non est essentialiter requisita ad spem physicam, ut diximus; & dato quod esset circumstantia requisita, cum certitudine componitur magna arduitas, ut patet in Christo, Beatis. Virg. & Animabus Purgatorij. Deinde contingentia non est requisita ad spem; vel si aliqua contingentia requiritur, erit contingentia antecedenter ad operationem Dei, aut creaturæ: certitudo vero consequens operationem creaturæ, potius acuit spem, sicut incertitudo eam retardat: eadem ratione probatur posse dari spem physicam de bono futuro sine nostra industria.

103 Prob. 2. conclusio: Possimus timere malum certo futurum, & indifferenter à nostra industria, aut negligenter: ergo possimus sperare bonum similiter futurum. Prob. ant. 1. Cum notitia certa de futuritione mortis timemus, non solum mortem nunc venire (quomodo intendit Oviedo, salvare timorem mortis quoad substantiam, si cot Martyres offerunt vitam quoad substantiam.) Sed etiam timemus abso-

lute mortem : ergo &c. Prob. antec.
Cum notitia mortis affectivè efficaci-
tè nollemus , venire vñquam mor-
tem , ita vt si in nobis esset , totis viri-
bus vitaremus mortem. Sed hoc est ti-
mere mortem absolutè : ergo &c. Pro-
bat. 2. antec. Christus cum notitia cer-
ta , & evidenti mortis timuit mortem;
ergo cum notitia evidenti mali futuri
possimus timere malum futurum. An-
tecedens est adeò certum, vt Vazquez,
Valencia, Maldonado , & alij apud Ri-
palda suprà , num. 20. oppositum cen-
suris Theologicis Carpent.

104 Obijc. 1. Div. Thom. 1. 2.
quæst. 67. art. 4. ad 3. Bonum , cuius
inevitabilem causam habemus , non com-
paratur ad nos in ratione ardui ; unde
non propriè dicitur habens argentum ,
sperare se habiturum , quod statim est in
potestate eius ut amet. Hæc ratio solum
probat cum tali certitudine non posse
dari spem vulgarem , vt diximus.

105 Obijc. 2. Aristotel. 2. Rhee-
tor. cap. 5. dicit , timorem non dari
nisi quando datur aliqua spes dissua-
dendi : quem adeò sequitur Castillo , ve-
ndeò negat Christo timorem mortis.

Suarez, Aristotel. explicat de timore efficaci; secus de inefficaci: quia est dicat, non posse dari spem inefficacem, nec fidem non certam, iudicat tamen, posse dari timorem inefficacem. Placet dicere cum Ripalda hic, Aristotel. mentem in rebus Theologicis non esse tanta aestimatione dignam: & rogare cum Oviedo hic, *Tutum ne erit, ut Arist. strictissimo sensu loquuntur fuisse, dicamus, Evangelistam iuxta sensum improprium loquuntur fuisse asserere?* Ideo respondeo: Aristotel. loquuntur fuisse de timore vulgari; non de phisico.

106 Obijc. 3. Aristotel. dicit, iam morte puniendos non timere, sed tristari. Super quem D. Thom. 3. part. quest. 15 art. 7. *Nam quando nulla est spes evadendi, apprehenditur malum, ut presens, & sic magis causat tristitiam, quam timorem.* Respondeo: In primis Div. Thom. non negare mortem certo imminentem causare timorem; sed dicere magis causare tristitiam, quam timorem. 2. Aristotel. & Div. Thom. dicunt, non dari timorem vulgarem respectu mali certi; secus timorem phys-

physicum, seu non negant nolitionem
mali ita affectivè efficacem, ut, si pos-
set, malum vitaret, ideoque illa noli-
tio est affectivè procurativa vitationis.
Et similiter spes de bono certo futuro
independentè à nostra industria, est
affectivè efficax, & affectivè procurati-
va boni. Sed malum certo imminens
præter hunc timorem causat etiam tri-
stiam: quia est moraliter præsens,
sicut bonum certo futurum præter
spem causat etiam gaudium: quia
præ certitudine reputatur
quasi præsens.





TRACTATUS
DE
CHARITATE.



Haritas aliquando sumimus
pro gratia sanctificante.
1. Ioan. 3. Videte, qualem
Charitatem dedit nobis Pa-
ter, ut Filii Dei nomine-
mar, & simus: Strictè sumimus Charitas
pro habitu, & actu, quo Deum diligi-
mus. 1. ad Corinth. 4. Manent tria haec,
Fides, Spes, & Charitas. Et August. de
Spir. & lit. cap. 32. Charitas Dei dif-
funditur in cordibus nostris: non qua nos
diligit; sed qua nos facit dilectores
Dei. De hac agit D. Thom.
à quest. 23. ad 45.



(JESUS)

DISPUT. I.

De obiecto formalis Charitatis Divinæ.



On procedit quæstio de obiecto formalis *quod* charitatis; seu de obiecto attributionis; seu de obiecto materiali primario, quæ idem significant: quia omnes censent obiectum *quod* charitatis esse Deum; siquidem charitas primario ordinatus ad amandum Deum: & alia non amat, nisi in ordine ad Deum, seu quin moveatur ex bonitate Dei, quæstio procedit de obiecto formalis motivo charitatis; seu de ratione *sub qua*, seu de obiecto formalis *quo*, quæ idem sunt.

SECTIO I.

*Quodnam sit obiectum formale Charitas
Theologica?*

I **C**ertum est, obiectum formaliter charitatis esse infinitam bonitatem Dei prout ipsi bonam: quia charitas in eo differt ab spe, quod spes respicit Deum ut nobis bonum, charitas vero Deum, ut sibi bonum. **V**nde cum Omnipotentia, misericordia, vis beatificandi sint nobis bona; & etiam bonum sit Deo illas perfectiones habere, si Deum amamus propter dictas perfectiones, ut nobis bonas, seu ut nos beantes, hic amor erit actus spei; si vero Deum amemus propter dictas perfectiones, ut Deo bonas, erit amor charitatis, ut postea dicemus.

2 Sup. Bonitatem infinitam Dei posse multipliciter considerari. Primo possumus considerare bonitatem Dei, prout est unum ex attributis distinctum à natura divina: quia sicut Deus est misericors, & iustus, etiam est bonus. 2. Possumus considerare bonitatem Dei pro bonitate naturæ divinæ formaliter.

formaliter sumptæ. 3. Pro bonitate cuiuslibet attributi. 4. Possimus eam considerare integre , seu integraliter sumptam , prout dicit bonitatem naturæ , & attributorum. Et inquirimus , quoniam ex his modis bonitas Dei sit obiectum formale charitatis.

3 Prima sententia dicit obiectum formale charitatis esse bonitatem Dei , ut est attributum distinctum à natura divina. Ita aliqui Thomistæ suppresso nomine cit. à Ripald. Secunda sententia dicit , obiectum formale charitatis esse naturam. Ita Castilio disp. 1. de Char. quæst. 2. Gon. disp. 10. art. 3. Ferre quæst. 3. Palanco quæst. 15. citans Godoy , & Baiona in Man. script. & addens, Deitatem esse motivum primarium : attributa esse motivum secundarium , cum quibus sentire videtur Granad. tract. 5. disp. 2. num. 6. Tert. sententia dicit obiectum formale charitatis esse Deum integre sumptum , prout dicit naturam , attributa , & perfectiones constituentes rationem beatitudinis. Ita Suar. disp. 1. sect. 2. num. 2. Gasp. Hurtad. disp. 3. diffic. 1. & Salmantico. Quarta sententia dicit , bonitatem Dei , sub quavis ex dictis considerationibus esse

esse obiectum formale charit. Quidquid sit, an inter se vnum sit prius alio. Ita Petrus Hurt. disp. 128. Ripald. dis. put. 35. Oviedo controv. 4.

4 Placet hæc sentent. & probatur. Amor Dei, quia misericors est, est amor Theologicus. Sed non est amor spei: ergo est amor charitatis. Prob. mai. Amor Dei ex motivo divino, est amor Theologicus: quia virtutes Theologicae differunt à moralibus in eo, quod virtutes Theologicae habent motivum divinum. Sed amor Dei quia misericors est, movetur ex motivo divino: ergo est Theologicus. 2. Amor amicitiae erga Deum est amor charitatis. Sed amor Dei quia misericors, est amor amicitiae erga Deum: ergo &c. Prob. min. Amor, quo amamus homines propter eorum misericordiam, sapientiam, aut prudentiam, &c. est amor amicitiae erga homines: ergo &c.

5 3. Amor Dei sufficiens ad iustificationem extra Sacramentum, est amor charitatis. Sed amor Dei, quia misericors, est sufficiens ad iustificationem extra Sacramentum: ergo est amor charitatis. Prob. min. Amor Dei, qui est conversio perfecta creaturæ ad Deum,

Deum , est amor sufficiens ad iustificationem extra Sacramentum. Sed talis est amor efficax Dei , quia misericors : ergo &c. Prob. min. Amor Dei pugnans cum omni peccato actuali , præferens Deum omni pugnantι cum Deo , & ex motivo divino , est perfecta conversio ad Deum ? Sed talis est amor efficax Dei , quia misericors: ergo &c. Mai. præterquam quod aliquis videbitur : quod eam negare , esset iniuria scrupulos , immo prudentes formidines in conscientijs , an fecerint actum contritionis ; qui dolent de peccatis ; quia Deus misericors est. Prob.

6. Scriptura , ut nos provocet ad amandum Deum , & quidem amore perfecto charitatis , quo perfectè convertamur ad illum , aliquando proponit motivum , quia Deus misericors est ; aliquando , quia iustus : & sic de reliquis. Sed hæc exhortatio esset nulla , nisi amor Dei , quia misericors , & idem de quovis attributo , sit amor charitatis , & perfecta conversio ad Deum : ergo amor efficax Dei , quia misericors pugnans cum omni peccato actuali , est perfecta conversio ad Deum.

7. 4. Prob. conclusio. Non solum
est actus spei actus, quo desideramus
Deum, ut collectivè nobis bonum; sed
tiam ut distributivè nobis bonum,
v. gr. quia Sapientem, Misericordem,
Omnipotentem, &c. ergo non solum
est actus charitatis actus, quo amamus
Deum, ut collectivè bonum; sed etiam
actus, quo amamus Deum ut distribu-
tivè bonum; qualis est per quodvis at-
tributum. Prob. ant. Actus sic tendens;
desidero videre Deum, ut complacem
in eius Sapientia, Omnipotentia, Bene-
cientia, quia mihi bonis, est actus spei,
quia movetur ex motivo divino, & non
est alia virtus Theologica; ad quam
pertineat: & insuper, quia movetur
ex beatitudine futura, ut nobis bona:
ergo non solum est actus spei actus, quo
desideramus Deum, ut collectivè nobis
bonum; sed etiam quo desideramus
Deum, ut distributivè nobis bonum.
Prob. ant. Non solum est actus fidei,
seu elicetur ab habitu fidei actus quo
assentimus mysterio propter integrum
objecrum formale; sed etiam actus,
quo assentimus objecto formaliter inadæ-
quato propter ipsum, v. gr. revelatio-
ni propter ipsam, & authoritati propo-
teq;

ter ipsam : ergo non solum est actus spei actus , quo desideramus beatitudinem integre sumptam , ut nobis bonam ; sed etiam actus , quo desideramus beatitudinem obiectivam inadæquate sumptam , ut nobis bonam ; qualis est actus , quo desideramus sapientiam , & omnipotentiam videre , ut in illis placeamus .

¶ Prob. 5. conclusio : Quia motivum virtutis Religionis est honestas colendi Deum , quia præcellentem creaturas , non solum est actus Religionis actus colendi Deum , vt præcellentem integre , seu in genere , creaturas ; sed etiam , vt præcellentem in particulari creaturas , v. gr. quia præcellentem creaturas in sapientia , potentia , &c. ergo quia motivum charitatis est Deus in se bonus , non solum erit actus charitatis actus amans Deum , quia integræ in se bonum ; sed etiam actus amans Deum , quia in particulari in se bonum . Antecedens videtur patere . Quis enim credat hunc actum , adoro te , quia Omnipotentem , non esse actum Religionis . Item : Non solum elicetur à lumine gloriæ visio videns Deum , vt summè bonum collectivè ; sed etiam visio , qua-

videtur natura sine attributis, aut unum attributum sine alio, ut possibile iudicant plures cum Scotor: ergo non solum elicitur à charitate actus amans Deum; quia collectivè bonum; sed etiam actus amans, quia distributivè bonum. Antecedens videatur patere: quia non est cur non eliciatur à lumine gloriæ talis visio; cum non omnis visio procedens à lumine; neque omnis effectus procedens à causa debeat adæquare totam activitatem luminis, & causæ.

9 Dices: Obiectum formale charitatis est unum. Sed si quodvis attributum esset obiectum formale charitatis, non esset unum; sed multiplex: ergo non quodvis attributum est obiectum formale charitatis. 2. Actus charitatis non differunt specie inter se: & si quodvis attributum esset obiectum formale charitatis, actus charitatis specie different inter se: quia different plusquam numero: siquidem plus differunt inter se actus amans Deum, quia sapientem, & actus amans Deum, quia omnipotentem: quam duo actus amandi Deum, quia sapientem: ergo non quodvis attributum est obiectum formale charitatis. Omissis instantijs obvijs,

obvijs, respondeo, obiectum formale
charitatis esse vnum moraliter in ordi-
ne ad movendum actus amandi Deum;
quia in ordine ad hoc idem est vnum
attributum, ac omnia.

10. Resp. 2. Obiectum formale
charitatis esse vnum unitate universalis-
tatis, scilicet Deus ut in se bonus; non
vero est vnum unitate singularitatis, &
sub prima ratione comprehenduntur
omnia, & singula attributa. Sicut obie-
ctum fidei est vnum unitate universalis-
tatis, scilicet Deus, ut revelans, sub qua
ratione comprehenduntur omnes, &
singulæ revelationes, non autem est
vnum unitate singularitatis, quia reve-
latio Incarnationis distincta est à reve-
latione Eucharistiae.

11. Resp. 3. Omnia attributa, &
perfectiones collectivæ sumptæ sunt
objiectum adæquatum habitus charita-
tis: & quævis distributivè est objiectum
inadæquatum; aliquando vero quævis
perfectione potest esse objecum adæqua-
tum actus, ut in simili diximus de actu,
& habitu fidei. Ad 2. Actus charitatis
possunt differre inter se specie physica,
non vero specie morali, ut diximus de
actibus fidei, quia differentia in specie

physica resultat ex diversitate physica prædicatorum plusquam numero, quæ diversitas rectè componitur cum identitate in specie morali.

12 Dices: Perfectiones physicæ non sunt perfectiones morales. Sed sapientia, omnipotens, &c. sunt perfectiones physicæ: ergo non sunt perfectiones morales. Et essent perfectiones morales, si possent movere actum charitatis, qui primus est in genere moris.
 2. Iuxta hanc doctrinam revelationes divinæ, & decreta libera distincta ab essentia, & amore necessario, essent obiectum formale charitatis. *Resp.* dist. mai. Perfectiones physicæ non sunt perfectiones morales *subjectivæ*, conc. mai. hoc est, non se habent ex parte potentiae inclinantes ad bene moraliter operandum; non sunt perfectiones morales *objectivæ*, neg. mai. Quia possunt movere actus moraliter bonos; sicut revelatio de damnatione Ante-Christi potest movere actum conformitatis moraliter bonum: & pœnæ inferni possunt movere dolorem peccati moraliter bonum.

13 Ad 2. conc. sequelam. Credamus enim, exigentiam identitatis cum summo

summo bono, immo identitatem realem inadæquatam cum summo bono, qualis datur in relationibus, prout virtualiter distinctis ab essentia, dicere perfectio- nem. Item credimus, actualiter amare Petrum liberè, & actualiter vivere in actu secundo liberè, quod identificatur cum decreto de existentia Petri, prout virtualiter distincto ab amore necessario, dicere perfectionem, adeoque potest movere amorem Dei, ut in se boni.

14 Dices: Si voluntas posset amare Deum propter unam perfectionem, quin formaliter amet propter aliam realiter identificatam, voluntas esset formaliter praecisiva. Sed hoc est falsum: quia solus intellectus est praecisius per rationem: ergo voluntatem amare propter unam perfectionem, & non propter aliam realiter identificatam, est de falso supposito. Conc. maius neg. min. Itaque voluntas est formaliter praecisiva absoluta: quia moveretur ex bonitate obiecti, quin formaliter moveatur ex veritate obiecti realiter identificata cum bonitate: & præcipue est praecisiva, dum liberè amat: quia experientia novimus, nos amare Deum, quia misericordem, quin illum amemus;

quia omnipotentem. Vel si nolis, voluntatem esse formaliter præcisivam, dic esse illative præcisivam, quatenus superponit præcisionem factam ab intellectu, dum voluntas liberè amat.

15 Dices: Etsi sententia afferens, quamlibet perfectionem posse movere actum perfectæ charitatis sit vera, solum est probabilis: ergo etsi quis esset moraliter certus de amore efficacie Dei, *quia misericors*, posset intimidare, an haberet amorem sufficientem ad iustificationem extra Sacramentum: quia probabile est, illud non esse motivum sufficiens charitatis. Hoc argumentum similis, & præcipuam difficultatem continet in omnium sententia. *Resp. conc. ant. neg. conf.* Quia questio non procedit de motivo charitatis realiter tali, sed solum de motivo charitatis formaliter tali: quodvis attributum est realiter tota bonitas Dei, adeoque, qui moveatur ex uno attributo realiter moveatur ex tota bonitate Dei, & huiusmodi amor efficax, iuxta omnes est sufficiens ad iustificationem. Imò demus dari amorem Dei ex aliqua perfectione, qui realiter non moveatur ex alia, qualis esset amor paternitatis, ut virtualiter distin-

Distinctæ ab essentia, qui non moveatur ex filiatione realiter distincta à paternitate; adhuc hic amor realiter esset sufficiens ad iustificationem; quamvis pro varietate sententiæ prudenter dubitatur, an sit formaliter sufficiens; hoc est, an moveatur ex motivo formalis di charitatis formaliter tali.

SECTIO II.

Solvuntur argumenta.

16

Obijc. 1. Obiectum formale charitatis est obiectum primarium charitatis. Sed natu-

ra-divina est obiectum primarium charitatis: quia est prima bonitas, & attributa sunt bonitas secundaria; ergo &c.

2. Attributa amantur per charitatem tanquam perfectiones convenientes naturæ: ergo amantur ex complacentia in natura divina, quæ se habet ut subiectum cui amamus attributa. *Resp.* dist. mai. Obiectum formale est obiectum primarium in ordine *amandi*, conc. mai; præcisè in ordine *essendi*, neg. mai. Natura divina est primarium obiectum charitatis in ordine *essendi*: quia est

primaria bonitas ; at verò cum misericordia v. gr. possit æquè primo apparet, ac natura , æquè primo potest movere , ac natura. Imò si natura non transcedat attributa , potest prius apparere misericordia , & amari , quin formaliter ametur natura , & si simul appareat,

17 Ad 2. conc. ant. In sententia, quam iudico veram , dicente ; attributa esse formaliter essentiam , quamvis essentia non est formaliter attributa, dist. consequens ; attributa amantur ex complacentia in natura divina ut formaliter imbibita in attributis , conc. cons. ut præcisa ab attributis , neg. cons. In sententia non concedente hanc identitatem rationis non mutuam , facilius respondeatur , dicendo ; attributa posse amari absque ordine ad naturam divinam , tanquam ad terminum amatum ; sed solum cum ordine ad naturam , tanquam ad terminum connotatum , quem ordinem necessario dicunt , dum amantur ut divina. Cum tamen attributa , ut convenientia naturæ habeant sufficientem bonitatem prout distincta à natura : quia esse sic convenientia naturæ identificatur cum attri-

attributis, & est amabilitas distingta ab amabilitate naturæ, possunt amari attributa, quin formaliter ametur natura.

18 Insistes: Obiectum formale charitatis debet esse prima bonitas. Sed natura divina est prima bonitas: ergo sola natura divina est obiectum formale haritatis. *Resp.* dist. mai. Debet esse prima bonitas realiter, à parte rei prima, conc. mai. & sic quævis divina perfectio est prima bonitas; debet esse prima bonitas per rationem prima, neg. mai. & natura divina solum per rationem non est prior reliquis perfectionibus divinis. Vel aliter dist. mai. debet esse prima bonitas, id est summa, seu increata, conc. mai. & sic quævis perfectio divina est prima bonitas: quia est increata, & realiter est absolute summa, & formaliter est summum in sua linea, tum quia est formaliter natura divina, quæ est summa perfectio. Vel aliter: debet esse prima bonitas facta comparatione inter ipsam, & creaturas, conc. mai. facta comparatione inter alias perfectiones, & bonitates divinas, neg. mihi. Mitto etiam doctrinam de identitate non mirua, claritatis gratia.

19 Insistit Palanc. Obiectum for-

male charitatis est ea forma , vi cuius Deus constituit in ratione ultimi finis . Sed hæc est Deitas : ergo . Prob . min . Illa est in Deo ratio formalis ultimi finis , quæ est ratio primi principij . Sed hæc est Deitas : quia sola natura divina est radix omnium perfectionum : ergo . 2 . Hic habet in Deo rationem ultimi finis quod omni modo est properter se , & gratia sui ; & cuius gratia sunt omnia . Sed hæc est Deitas : quia est à se etiam per rationem , & ab ea sunt saltem per rationem aliæ perfectiones ad intra , & sunt realiter omnia ad extra : ergo .

20 Resp . dist . mai . Obiectum formale habitus est ea forma , per quam Deus constituit ultimus finis adequate , conc . mai . Obiectum formale actus , subdist . Per quam constituitur inadequate ultimus finis , conc . mai . adequate , neg . mai . & dist . min . Deitas est forma , per quam constituitur inadequate ultimus finis , conc . min . adequate , neg . min . & cons . Quia ut diximus cum D . Thom . tract . de Visione , Deus est noster ultimus finis prout dicit naturam , attributa , & relationes , adeò ut non quiesceret intellectus , nisi hæc

omnia videret, & amaret. Ad prob. dist. mai. Ea est ratio ultimi finis, quæ est ratio primi principij realiter primi, & ad extra, conc. mai. solum per rationem primi, & ad intra, neg. mai. & dist. min. sola Deitas est primum principium per rationem, & ad intra, conc. min. realiter, neg. min. & cons. Quia cū omnia opera ad extra sunt communia: Deus involvit attributa, & relationes, ut primum principium. *Ad 2.* dist. mai. Illud habet rationem primi principij, quod omnino est propter se realiter, conc. mai. quod omnimodo est propter se per rationem, neg. mai. & dist. min. Deitas est omnino propter se per rationem, conc. min. realiter, neg. min. Quia Deus ut involvens attributa, & relationes est realiter propter se, & à se: licet per rationem natura sit à se; & perfectiones à natura: & in hoc sensu loquuntar SS. PP. de Deo.

21 Insistet 2. Obiectum charitatis in via est idem, ac obiectum charitatis in Patria. Sed obiectum motivum charitatis in Patria est sola natura divina: ergo &c. Prob. min. Motivum charitatis in Patria est motivum visio-

nis beatæ , qua videntur perfectiones beantes. Sed natura divina est motivum visionis beatæ , qua videntur perfectio-nes beantes : ergo &c. 2. Motivum charitatis in Patria est illud , in quo quiescit voluntas tanquam in centro. Sed in natura divina quiescit voluntas tanquam in centro : ergo &c. Hoc ar-gumento melius probatur , motivum charitatis esse bonitatem divinam inte-grè , & collectivè sumptam : siquidem ita est motivum charitatis in Patria, & non sola natura: cum neque sola natu-
ra sit motivum visionis perfectio-num , quæ etiam videntur in se ipsis: neque in sola natura divina quiescat unice voluntas tanquam in centro beante: cum hoc centrum sit bonitas divina collectivè sumpta,

22 Resp. dist. mai. Obiectum charitatis in via *charitatis habitualis* est idem , ac obiectum charitatis in Patria, conc. mai. obiectum charitatis actu-alis in via est idem inadæquate , conc. mai. est idem adæquate , subdist. obie-ctum formale in actu primo, conc. mai. obiectum formale in actu secundo, neg. mai. & cons. Hoc est obiectum chari-tatis in via , *Charitatis actualis* , est
quæ,

quælibet perfectio divina , quæ inadæqua-
tum constituit integrum bonitatem
divinam ; & potest etiam esse integra
bonitas divina ; quia cum in via propo-
natur bonitas divina per cognitionem
non necessitatem , & iam proponatur
una, iam alia bonitas, iam omnes simul,
potest dari amor , qui moveatur for-
maliter ex misericordia , & non ex
omnipotentia , & è contra : & amor,
qui moveatur ex omnibus perfectioni-
bus simul ; at verò cum in Patria pro-
ponantur omnes perfectiones simul , &
per visionem necessitatem ad amorem,
bonitas naturæ , attributorum , & per-
fectionum necessarium simul movent
ad amorem.

23 Vel , si placet , dist. mai. cla-
rius: obiectum charitatis in via est mo-
raliter idem , ac obiectum charitatis in
Patria , conc. mai. quia bonitas divina,
quæcumque illa si est eadem moraliter
cum natura divina , & cum integra bo-
nitate divina , in ordine ad movendum
actum charitatis Theologicæ : est idem
formaliter , seu quasi physicè , & nu-
mericè , subdist. terminis supra datis.
Sicut moraliter una revelatio est ea-
dem ac alia in ordine ad movendum
actum

actum fidei Theologicæ , licet sit physi-
cè distincta ab alia. Ad probationem
min. dist. mai. Motivum charitatis in
Patria est motivum adæquatum visio-
nis beatæ , qua videntur perfectiones
beantes , conc. mai. est motivum in-
adæquatum , neg. mai. & dist. min.
natura divina est motivum inadæqua-
tum visionis beatæ , conc. min. est mo-
tivum adæquatum , neg. min. & cons.
Quia illa visio movetur ex natura divi-
na , & simul ex perfectionibus ; siqui-
dem videt perfectiones in natura , &
naturam in perfectionibus. *Ad 2.* Iam
diximus , voluntatem non quiescere in
natura divina tanquam in centro ; sed
in integra bonitate divina resultante ex
omnibus perfectionibus.

24 Insistet 3. Sola natura divina
participata , seu gratia , est obiectum
formale amoris amicabilis , quo Deus
nos amat. Sed omnis actus charitatis
est amor amicabilis , quo amamus
Deum : ergo sola natura divina est ob-
iectum formale charitatis. Consequen-
tia videtur bona : sicut enim se habet
natura participata ad amicitiam super-
naturalem , qua Deus nos amat: ita na-
tura divina in se , se habet ad amicitiam

supernaturalem, qua amamus Deum? Prob. mai. Obiectum formale amoris amicabilis, quo Deus nos amat, est forma, qua reddimur congrui, & digni amore amicabili. Sed sola gratia est forma, qua reddimur congrui, & digni amore amicabili: ergo &c.

25 Confirm. Palanc. Illa bonitas est obiectum formale amoris amicitiae, in qua primario communicant amici, & in quo primo assimilantur. Sed Deus, & creatura primario communica-
cant, & assimilantur in natura, homo per gratiam, & Deus per essentiam: ergo. 2. Charitas est amicitia inter Deum, & hominem, tanquam in Patrem, & Filiu-
m: ergo idem est motivum amicitiae, quod est formale fundamentum talis Paternitatis, & Filiationis. Sed hoc est in Patre natura per essentiam; & in ho-
mine natura per participationem: quia Filius ut talis procedit in similitudinem naturae: ergo.

26 Resp. dist. mai. Sola natura divina participata est obiectum formale amoris amicabilis *primario talis*, conc. mai. *secundario*, & integraliter *talis*, neg. mai, & conc. min. neg. conf. Ad prob. dist. mai. Obiectum for-

formale amoris amicabilis est forma;
qua præcisè primario , & essentialiter
reddimur digni amore amicabili , neg.
mai. qua vel primario, vel secundario,
vel integraliter reddimur digni amore
amicabili , conc. mai. & distincta min.
neg. conf. Itaque non est necessarium,
quod omnis amor amicitiae supernatu-
ralis , quo Deus nos amat , moveatur
ex sanctitate , et si omnis amor amici-
tiae eam supponat : quia Deus potest
amat Iustos propter dona supernatu-
ralia distincta à gratia , & hic amor
non est cur non pertineat ad amicitiam
supernaturem saltem integraliter , vel
ad aliam speciem amicitiae supernatura-
lis inferioris ordinis.

27 Ad confirm. dist. mai. Sola illa
bonitas est obiectum *amoris amicabilis*
primario *talis* , conc. vel permis. mai.
secundario *talis* , neg. mai. & conc.
min. neg. conf. Ad prob. conc. ant.
neg. conf. Quia sufficit quod præsup-
ponatur hæc Paternitas , & Filiatio ut
ex alijs titulis ametur amore amicabili ,
ut dicemus. Hæc vera sunt etiam ad-
missio , quod omnis actus charitatis , &
elicitus à charitate , sit amor amicabi-
lis ; sicut enim fides elicit assensum au-

uthoritati , & revelationi propter ipsas; qui sunt actus fidei; sed non sunt actus credendi : & spes elicit amorem strictum , & gaudium de Deo . *vi nobis bono* , qui non sunt actus strictæ spei : sic posset fortè habitus charitatis , quamvis præcipui eius actus sint *amoris amicabilis* , elicere alios actus charitatis , qui non essent *amoris amicabilis* ; sed solum charitatis.

28 Insistens 4. Omnis actus charitatis est actus amicitiae. Sed actus motus ex attributis , non est actus amicitiae: ergo soluti actus motus ex natura divina est actus charitatis. Prob. min. Obiectum amicitiae debet esse tale quod possit redamare. Sed misericordia , &c. non potest redamare: ergo. Responde. conc. vel permissa mai. neg. min. Ad probat. dist. mai. Obiectum materiale *cui amicitiae* debet esse potens redamare, conc. mai. obiectum *formale motivum* , nego mai. Quia possumus amare amicum amore amicitiae propter nobilitatem, sapientiam , & alias perfectiones naturales, aut supernaturales, quæ non possunt redamare: quia tamen obiectum materiale *cui amatum* , scilicet amicus, est potens redamare , prædictus actus est

est actus amicitiae : cum ergo Deus sit obiectum materiale *cui* charitatis , & potens redamare, hoc sufficit , ut actus, qui moveatur ex misericordia , sapientia , sit actus charitatis. Deinde in nostra sententia falsum est , quod misericordia non sit formaliter potens redamare, cum sit formaliter natura divina.

29 Advertere placet , doctrinam R.R. Thomistarum, qui cum dicant obiectum formale charitatis esse naturam divinam simul cum attributis collectivè , dicunt , quod si actus moveatur ex misericordia v. gr. *ut est in se* , qualiter moveretur , quoniam actus regulatur per fidem : quia fides eam proponit , *ut est in se* : tunc talis actus est actus charitatis : quia misericordia divina , *ut est in se* , nisi explicitè solum dicat misericordiam ; implicitè confundit reliqua attributa, cum quibus identificatur.

30 Fateor , actum charitatis , & fidei terminari ad misericordiam , *ut est in se* ; hoc est , ad ipsam , *ut in se existentem* , & non *ut præcisè resplendentem* in creaturis. Displicet tamen dictum assertum: quia fides de *misericordia* eam præscindit formaliter ab attributis : si quidem talis respectus non ostendit alia

attribua

attributa; nec apparent definitibilia eadem definitione per dictum conceputum: & quia actus naturalis similis tendit circa misericordiam, eam praescindit ab attributis iuxta ipsos: de ratione autem fidei non est, quod sit minus praecisiva; sed quod sit magis certa, quam actus naturalis.

31 Nunc sic: Talis actus, qui movetur ex misericordia, solum attingit formaliter misericordiam; attributa vero materialiter, & identice. Sed non sufficit ita attingi, ut sint obiectum formale charitatis iuxta vos: alias cum æternitas sit identice veritas, & sapientia divina, æternitas esset obiectum formale fidei, quod negant. Alter: Fides, & charitas dicta praescindit misericordiam ab attributis propter dicta, & præcipue debet praescindere apud Thomistas, qui inter prædicata realiter idem tificata facile separant formalitates: ergo sufficit misericordia, ut praecisa ab attributis ad movendum alium charitatis.

32 Obje. 2. Salmantic. Objectum formale charitatis est summa bonitas: quia id assentitur à Div. Thom. & quia cum sit omnium perfectissima, eius mo-

tivum debet esse summum, & quia solum summum bonum potest esse ultimus finis: & ultimus finis est finis, & motivum charitatis. Sed non est summa bonitas sola natura, nec quævis perfectio seorsim: quia maior bonitas est collectio omnium: ergo obiectum formale est collectio omnium. *Aliqui* respondent, obiectum formale charitatis esse summam bonitatem in sua linearum: quia hoc ipso præferri debet omni creaturæ, & eius amor erit incomponibilis cum peccato, quod videtur sufficere ad charitatem: cum ergo quævis Dei perfectio sit summè bona in sua linearum, quævis erit sufficiens obiectum formale charitatis.

33 Sed conformius ad nostra principia, *Resp.* dist. mai. Obiectum formale charitatis est summa bonitas intensivè, realiter, & equivalenter, conc. mai. & talis est quævis perfectio divina: quia est realiter, imò ut verius iudico, est formaliter natura divina, intensivè equivalentis omni perfectioni: nec coniunctum est intensivè maius, adhuc quoad nos; sed solum extensivè Obiectum formale est summa bonitas, extensivè summa, nego. Et hoc est quod intendere

potest D. Thom. quamvis eius mens in hac materia sit dubia, cum pro quavis sententia citetur. Hac ratione quævis perfectio divina est *summè bona*, & ultimus finis *realiter*, formaliter tamèn est *inadequate*, quod sufficit, ut sit motivum charitatis: quia non est alia virtus, ad quam pertineat amor Dei, quia misericors est.

34 Insistunt RR. Thomistæ. Obiectum formale charitatis est summa bonitas intensivè, & aequivalenter. Sed essentia sine attributis (idem de quovis attributo) non est summa bonitas intensivè, nec aequivalenter: quia essentia sine attributis est imperfecta: ergo obiectum formale charitatis est essentia cum attributis. Probat. argum. contra ipsos. Relationes esse motivum: quia essentia sine relationibus esset imperfecta, & chymæra. Resp. concess. mai. dist. min. Essentia realiter sine attributis non est summa bonitas, conc. min. Quia realiter sine attributis esset chymæra; formaliter sine attributis, non est summa bonitas, neg. min. Vel disting. non est summa bonitas formaliter, conc. realiter, nego min.

35 Itaque essentia, ut formaliter

præcisa ab attributis, est summa bonitatis, non præcisè, quia ut sic præcisa est radix attributorum: quia licet de ratione radicis sit esse æquè perfectam ac radicatum; non tamen esse æquè perfectam, ac coniunctum ex ipsa, & radicatis. Sic intellectus est radix cognitionum, & ignis plurium ignium, & nec intellectus est æquè perfectus, ac coniunctum ex ipso, & cognitionibus: nec ignis est æquè perfectus, ac coniunctum ex ipso, & alijs ignibus.

36. Est ergo essentia divina, ut formaliter præcisa ab attributis, summa bonitas intensivè, & equivalenter: quia ut sic præcisa, non definit esse, quod realiter est, & realiter est attributa; & præcipue, quia ut præcisa est formaliter *Divina Deitas, Deus;* & *Divina Deitas, & Deus,* prædicatum est summum intensivè, supra quod apprehendi non potest maius bonum intensivè, quod non sit impossibile: et si enim ex hoc conceptu *essentia divina* non appareant attributa, dum postea apparent, ex suis conceptibus ostendunt, non habere bonitatem, quam intensivè, & equivalenter non habeat natura divina. Propter similitudinem rationes dicitur de Trinit. vnam

Personam non esse realiter; nec per rationem maiorem alia.

37 Ex dictis constat etiam, illas perfectiones, quae in opinione sunt, ut iustitia stricta, & aliæ, si forte realiter, existant in Deo, esse obiectum formale charitatis; non tamen esse motivum proximum; sed remotum, seu non esse proxime applicatum ad modum amorem supernaturalem in via; nisi forte applicetur per aliquem actum supernaturalem: quia tunc recte poterit movere actum amoris Dei super omnia supernaturalem, attenta natura amoris verum in hac providentia non applicat Deus suum concursum ad amorem Dei supernaturalem, quin reguletur per fidem motivi talis amoris; poterat tamen tale praedicatum adhuc ut prout per opinionem terminare, & movere amorem naturalem.



SECTIO III.

*An non solum bonitas Dei supernatura-
lis; sed etiam bonitas naturalis sit
objectum formale chari-
tatis?*

38 **S**up. diversitatem opinandi circa bonitatem naturali-
tatem, & supernaturalitatem divinorum
prædicatorum. Suar, hic disp. 1. sect. 2.
num. 4. Gran, tract. 5., disp. 1. sect. 5.
concedunt in Deo duplicem bonitatem
intrinsecè, & *in se* talē; bonitatem sci-
licet naturalem, & supernaturalem. Ar-
xiaga disp. 26. dicit, nullum prædicat-
um divinum esse *intrinsecè* supernatu-
rale in stricta acceptione supernatura-
litatis Theologicæ. Vazq. 1.2. disp. 195.
cap. 2. Oviedo hic contr. 4. pñct. 4.
Izquierdo de Deo, disp. 18. quæst. 6.
plures citans dicit, in Deo nullum dari
prædicatum essentiale, quod non sit
intrinsecè, & *strictè* loquendo, superna-
turale. Quod probat 1. Sicut repug-
nat, eandem simplicissimam entitatem
esse simul corpoream, & spiritualem; ita
repugnat esse *intrinsecè*, & *strictè* natu-
ra-

turalem, & supernaturalem. Sed Deus est simplicissima entitas, & habet aliqua praedicata *intrinsecè* supernatura-
lia: ergo nullum habet *intrinsecè* natu-
rale. 2. Quodvis praedicatum Dei est
magis propriè, & *strictè* participatio
naturæ divinæ, quam gratia habitualis.
Sed quia gratia habitualis est partici-
patio naturæ divinæ, est *intrinsecè* su-
pernaturalis: ergo &c. Idem argu-
mentum fit in visione beata, & donis
supernaturalibus.

39 Explicat. Eat enus daretur in
Deo aliquod praedicatum naturale, &
aliud supernaturale, quia creaturæ con-
nectuntur cum Deo, ut uno; secus
cum Deo ut trino. Sed etiam conne-
ctuntur cum Deo ut trino: quia, ut
dicemus de Trinit. personalitates con-
stituunt principium *quod* producendi
ad extra; melius quam suppositum crea-
tum est principium *quod* operationum:
ergo &c. Aliter: Eat enus daretur in
Deo aliquod praedicatum naturale:
quia Omnipotentia, v. gr. esset exacta
à creaturis: siquidem cum illa conne-
ctuntur. Sed omisso, quod, hæc potius
est indigentia, quam exigentia: exigen-
tia namque tendit ad dandum *esse* tec-

mino exacto : hoc inquam, omisso, quia etus intellectus divini saltet sunt exacti. Sciendum tamen, & notandum existimno. absolute loquendo, non esse de ratione *supernaturalis*, quod iit supra exigentiam naturæ, quando esse iuxta exigentiam naturæ potius extollit excellentiam rei exactæ supra res creatas : si enim esse exactam extollit excellentiam, quomodo eam deprimet; & extrahet à linea superiori : cum ergo Omnipotentiam esse exactam, extollat excellentiam Dei : quia ut causa prima debet ad omnia concurrere, quæ est maxima excellentia : & actus intellectus divini esse exactos, extollat intellectum divinum, qui omnia cognoscibilia debet cognoscere, quæ est maxima excellentia : hic est, quod esse exactum à natura non extrahit à linea superiori, & supernaturali, potius eam arguit ; at verò de ratione *supernaturalis* cressit est esse supra exigentiam naturæ : quia non habet alium titulum, ut sit in ordine superiori ad res naturales ; nisi quia est supra exigentiam, & est indebitum exigentia naturæ.

40 Deinde non est de ratione *en-
tis supernaturalis*, absolute loquendo,
quod

quod non possit cognosci *naturaliter*
abstractive; sed solum, quod non pos-
 sit cognosci *naturaliter intuitivè*, aut
 per species proprias. Deinde, quod
 homo habeat inclinationem naturalem
 in Deum, non probat in Deo dari bo-
 nitudinem naturalem; sed ad summum bo-
 nitudinem supernaturalem Dei posse
 quodammodo possideri per actus na-
 turales. Et sic in Deo distinguitur esse
 finem naturalem, & supernaturalem:
 quatenus possideri potest per actus su-
 pernaturales in statu naturæ elevatae; &
 quodammodo per actus naturales in
 statu puræ naturæ, qui possibilis est.
 Nec obstat propositio 14. Baij damnata,
Distinctio illa duplicitis amoris, na-
turalis videlicet, quo Deus amat, va-
uthor naturæ, & grati, quo Deus ama-
tur, ut benefactor, vana est, & cammen-
titia. Quia hæc solum damnat dicentes,
 non dari circa Deum amorem natura-
 lem, & supernaturalem, & ad summum
 damnat dicentes, non dari divisionem
 Dei in Anthropomorpham naturalem, & super-
 naturalem, quæ viisque datur: sive hæc
 denominatio sit tantum *extrinseca* per
 ordinem ad operationes naturales, ut
 nos intendimus; sive sit *intrinseca* na-

naturalis, ut intendunt Adversarij; at verò Ecclesia non damnat dicentes, omne prædicatum divinum esse *intrinsecè supernaturale*, & hæc est gravium AA, sentententia etiam post damnationem Baij.

41 Sup. 2. Pro præsenti quæst. admittendam esse distinctionem illam duplicitis bonitatis naturalis, & supernaturalis. Et quidem hanc denominationem saltem *extra in se* naturalis, & supernaturalis necessarium est concedere: quia Deus dividitur in finem naturalem, & supernaturalem per ordinem ad diversos actus, quibus pro diversis statibus naturæ possideri posset. Deinde dantur aliqua prædicata, quæ excedunt vim cognoscitivam naturalem; alia, quæ non excedunt, & hæc saltem *extra in se* sunt naturalia, & illa supernaturalia, id est in ordine ad cognitionem. Deinde Deus est author bonorum naturalium, & supernaturalium, & *extra in se* per ordinem ad actus supernaturales est author supernaturalis; & per ordinem ad actus naturales est author naturalis.

42 Sciendum tamen est: dato, quod Deus sub hoc conceptu, *Principia*

pium rerum naturalium, non sit forma-
litèr, *Principium rerum supernatura-*
lium. Quia primus conceptus non
ostendit identitatem realem, *cum Deo,*
nec cum Omnipotensia, & consequenter
nec cum principio rerum supernatura-
lium, in qua ostensione constituit iden-
titas formalis, seu rationis; Deus ve-
rò sub hoc conceptu *Omnipotentia*, &
sub hoc *Author naturae*, formaliter est
author supernaturalis, & author re-
rum supernaturalium; quia hic con-
ceptus *Author naturae*, licet signatè fo-
lum dicat *Auctorem naturalem*; exer-
cire tamen ex suo conceptu ostendit
identitatem realem cum Deo, & con-
sequenter cum *Authore supernaturali*.

43 Sup. 3. quæstionem non pro-
cedere, an bonitas naturalis, ut cog-
nità per cognitionem naturalem, possit
movere actum supernaturalem (in quo
sensu inepte forsitan resolvunt aliqui
quæstionem) quia aliud est disputare de
motivo, seu obiecto formalí charitatis;
aliud de cognitione regulante: & cog-
nitio, quamvis regulet actum; noa ta-
men ingreditur in rationem motivi.
Vndè solum inquiritur, an bonitas na-
turalis Dei, quæ ritque cognosci po-
test

est per actum fidei , & actus supernaturalis , in se habeat vim motivam actus charitatis supernaturalis.

44 His positis , quadruplex est sent. *Prima* afferit , solam bonitatem supernaturalem esse obiectum formale charitatis. Ita Bañez , Aragón , Lora disp. 6. Exim. Suar. disp. 1. sect. 2. num. 4 & lib. 2. de Gratia , cap. 11. Torres , Granad. Tannerus apud Rip. & pro se citant Div. Thom. 1. part. quæst. 60. artic. 5. ad 4. & 1. 2. quæst. 109. artic. 3. ad 1. & 1. 2. quæst. 62. artic. 2. in corp. & ad 2. His accedunt , qui negant , actus naturales , & supernaturales posse convenire in motivo. *Secunda* afferit , obiectum formale naturale posse movere actum supernaturalem de possibili ; & è contra de obiecto supernaturali ; secus de facto. Ita Lugo disp. 9. de Fidei sect. 1. *Tertia* dicit , obiectum supernaturale posse movere actum naturalen ; secus obiectum naturale actum supernaturalem : quia maius potest continere minus. Alij è contra , actus superioris ordinis , dicunt , posse attingere motiva inferioris ordinis ; secus è contra. *Quarta* afferit , bonitatem divinam na-

turalem posse movere actum supernam turalem, & bonitatem supernaturalem posse movere actū naturalem. Ita Scot. in 3. dist. 25. quæst. 2. & dist. 27. q. 1. & communiter discipuli, Valenc. Petrus Hurt. Conin. Arriag. Rip. hic disp. 35. per tres sectiones integras, ubi citat D. Tho. in 2. dist. 5. q. 2. artic. 1. & in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. Vnde mens Div. Thom. est dubia, Oviedo contr. 4. p. 4.

45 Placet hæc sent. Prob. 1. ex multis Scripturæ locis, quæ provocant ad amandam divinam bonitatem, quam ostendunt creaturæ, & quidem amore salutari, & supernaturali. Sed creaturæ solum ostendunt bonitatem naturalem, vel saltem hanc ostendunt, tanquam sufficientem ad amorem supernaturali. Iesu: ergo bonitas naturalis potest movere actum supernaturalem. Min. quæ constat ex Aug. lib. 10. Confes. cap. 6: Cælum, & terra, & omnia, quæ in eis sunt ecce undique mihi dicunt, ut re amem, nec cessant dieere omnibus, ut sint inexcusabiles. Prob. sic: Creaturæ ostendunt bonitatem naturæ divinæ, quæ hoc ipso est naturalis iuxta Adversarios. Sed bonitas naturæ divinæ potest movere amorem supernatura-

lem; imò, iuxta plures ex Adversarijs, est motivum necessarium amoris supernaturalis: ergo bonitas naturalis potest mouere amorem supernaturalem.

46. z. Eaténus bonitas naturalis non posset mouere actum supernaturalem, neque è contra: quia actus naturalis, & supernaturalis non possunt habere idem motivum. Sed actus naturalis, & supernaturalis possunt habere idem motivum: ergo &c. Prob. min. 1. ex Div. Thom. in 1. dist. 17. quæst. 1. artic. 4. ubi loquendo de actu charitatis ait, *Ex specie actus non discernitur, virum sit à potentia imperfecta, vel perfecto per habitum gratuitum, quia ad idem obiectum ordinatur potentia, & habitus: ergo iuxta Div. Thom. cum ex obiecto non discernatur actus supernaturalis à naturali, actus naturalis, & supernaturalis possunt habere idem obiectum formale.*

47. Prob. z. illa min. Christus per scientiam infusam cognoscebat in se ipsis, & ex vi ipsorum eadem obiecta, quæ in se ipsis cognoscebat per scientiam naturalem. Beatus per scientiam beatam cognoscere potest in se ipsis eadem obiecta; quæ cognosci possunt

sunt in se ipsis per scientiam naturalem : post revelationem promulgatam, per actum naturalem possum assentiri obiecto revelato , quia dicto à Deo, cui etiam possum assentiri per actum supernaturalem ; & quod certum est, per actum naturalem possum cognoscere sapientiam , & veracitatem divinam propter ipsas , & illis possum assentiri propter ipsas per actum supernaturalem fidei , vel alterius speciei ; & eadem albedo potest esse motivum visionis materialis, & spiritualis: ergo actus naturalis, & supernaturalis possunt habere idem motivum, solumque differunt loquendo de actibus voluntatis , quod ad actus supernaturales exigitur propensatio supernaturalis; secus ad naturales.

48 Explicat. Obiectum formale non est adæquatum specificativum actus quoad omnes suas proprietates: quia possunt actus habere idem motivum, & distinguiri specie propter diversitatem principij subiectivi , ut patet in actibus intellectus , & voluntatis; Angeli , & hominis , qui etsi habeant idem motivum, differunt specie Mitto exempla supra posita. Item , etsi actus habeant idem motivum , & idem principium

pium subiectivum, differre possunt species ex modo tendendi, ut patet in apprehensione, & iudicio, in simplici complacentia, & desiderio: ergo specificatio actus quoad proprietatem supernaturalis, non debet sumi necessario ex motivo; sed sufficienter sumi potest ex principio. Consequentia praeterquam constat à pari in spiritualitate cognitionis, quæ sufficienter sumitur ex principio, cum motivum sit sèpè materiale. Prob.

49 Eo præcisè quod actus sit supra vires naturæ, est supernaturalis. Sed modo actus exigat principium supernaturale, moveatur, vel non, ex motivo naturali, est supra vires naturæ: ergo supernaturalitas sufficienter sumi potest ex principio. 2. Ad supernaturalitatem actus non requiritur, quod motivum adæquatum sit supernaturale: quia actus fidei, quo assentimus authoritati divinæ propriè ipsam, etiam quo assentimus authoritati divinæ, ut revelata, non habet motivum adæquatum supernaturale: quia sapientia, & veracitas iuxta ipsos est obiectum naturalis, ut pote naturaliter cognoscibile: ergo neque requiritur ad supernatura-

litatem actus, quod motivum inadæquatum sit supernaturale, modo principium requisitum sit supernaturale. Prob. conf. Actus, quo assentimus authoritati divinæ propter ipsam; non ut revelata; sed ut *in re existenti*, habet motivum adæquatum naturale iuxta dicta: & talis actus est supernaturalis, eo quod requirat principium supernaturale: ergo &c. Imò, ut dicit Ripalda disp. 5. de Fide, sect. 5. totum motivum non solum actus fidei; sed actus credendi, potest esse naturale, & quod actus sit supernaturalis: quia Deus ut Author naturæ potest loqui cum creaturis: hæc enim locutio, et si esset gratia, non est, cur excedat ordinem naturæ: ecce authoritas iuxta vos est naturalis: locutio potest esse naturalis, & actus credendi, qui moveretur ex ipsis esset supernaturalis.

50 Prob. 3. illa min. scilicet quod actus naturalis, & supernaturalis possint habere idem motivum. Iuxta communem Theologiam cum Suarez, virtutes morales acquisitæ non differunt in motivo à virtutibus supernaturalibus infusis; sed solum in naturalitate, & supernaturalitate: sic actus misericordie Spe, & Char.

diæ naturalis movetur ex honestate suæ
blevandi indigentiam pauperis; & idem
motivum habet actus supernaturæ lis-
mifericordiæ infusæ. Nec valet, si di-
cas motivum virtutis infusæ esse suble-
vationem, ut propositam per cognitio-
nem supernaturalem; secus motivum
misericordiæ acquisitæ. Non valet, in-
quam: quia certum est, motivum amo-
ris supernaturalis debere proponi per
actum supernaturalem: hæc tamen cog-
nitio non est motivum; sed conditio
proponens, & regulans amorem miser-
icordiæ: sicut cognitio bonitatis su-
pernaturalis Dei iuxta vos non est mo-
tivum amoris; sed conditio applicans
motivum ad amorem Dei.

51 Nec valet, si dicas, Aristot:
3. Polit. cap. 3. distinguere virtutes
penes diversas Politias, ad quas ordi-
nant subiectum: & misericordiam ac-
quisitam, respicere hominem ut civem
Reip. Humanæ; infusam vero ut civem
Reip. Cœlestis. Non valet: 1. Quia, ut
diximus, in rebus Theologicis non ni-
mis curandum de dictis Arist. 2. Quia
si ita esset, vix homines etiam benè do-
cti exercearent virtutem misericordiæ
supernaturalis: cum experientia con-
stet

stet in exercenda misericordia, non ad-
verti, an pauper sit civis Reip. Cœlestis:
vel saltem in Mauris, & Gentili-
bus, qui non sunt cives Reip. Cœlestis,
non exercecerent Catholici virtutem mi-
sericordiæ supernaturalis. Ideoque, ut
advertisit Lugo, parcè se gereret Eccle-
sia, & eius Ministri, dum ad misericor-
diam exhortantes non proponunt hanc
proprietatem necessariam virtutis mi-
sericordiæ.

52 Secundò: Quia sublevatio mi-
sericordiæ, præscindendo à tali respectu, suf-
ficiens est ad specificandam aliquam
virtutem infusam. Sed non aliam, quam
virtutem misericordiæ: ergo potest
hanc virtutem specificare. Prob. mai.
Sublevatio pauperis, etiam ut civis Rei-
pub. Humanæ, proposita per cognitio-
nem supernaturalem, movere potest
actum misericordiæ supernaturalem:
sicut sublevatio pauperis, ut civis Reip.
Cœlestis, proposita per cognitionem
naturalem movere potest actum miseri-
cordiæ naturalem: ergo sublevatio mi-
sericordiæ erga misericordiam, præ-
scindendo à tali respectu, sufficiens est
ad specificandam aliquam virtutem in-
fusam.

53 Aristot. autem sufficienter tria
buitur, si explicetur dicendo, virtutes
~~exercitae~~ ordinare subiecta ad varias Po-
licias: alias necessarium esset, actum
~~signatae~~ ordinare subiectum operans ad
varias Policias, & quod reflecteret su-
pra subiectum operans: cum Arist. di-
cat, *subiectum ordinari*, ad varias Poli-
cias; non *objiectum*. Eisdem rationibus
impugnantur dicentes, objiectum mis-
ericordiae infusæ esse sublevationem, ut
conformem naturæ rationali, prout
elevatæ; objiectum vero misericordiae
acquisitæ esse sublevationem ut con-
formem naturæ rationali secundum se.

54 Prob. 3. conclusio. Bonitas
naturalis Dei potest movere dilectionem
Dei. Sed si talis dilectio regule-
tur, ut potest, per cognitionem super-
naturalem, erit supernaturalis: ergo
bonitas naturalis Dei potest movere di-
lectionem supernaturalem. Prob. min.
Bonitas Dei etiam naturalis est in or-
dine superiori: quia est increata: ergo
licet ad dilectionem supernaturalem
requiratur motivum ordinis superioris;
bonitas Dei naturalis potest movere
actum dilectionis supernaturalis, si re-
guletur per cognitionem supernatu-
ralem.

alem. Et in hoc sensu intelligendus est D. Thom. dicens, ad charitatem requiri finem supernaturalem, id est, superioris ordinis, & propositum per cognitionem supernaturalem.

55 Explicat. Quis dicat, non esse sufficientem dispositionem ad iustificationem in Sacramento dolorem de peccatis propter Deum, ut Creatorem, Conservatorem, Misericordem? Dum sufficit dolor propter ipsam sorditatem peccati. Sed non esset sufficiens disposicio iuxta Adversarios: quia illæ perfectiones, ut potè naturales, non possent movere actum supernaturalem iuxta illorum doctrinam: ergo falsa est eorum doctrina. Item: Quis dicat, non esse conducentes ad salutem actus, quibus amamus Deum, quia Creatorem, Conservatorem, Sapientem, Veracem, Immensem, Omnipotentem, Misericordem? Sed non essent conducentes ad salutem iuxta illorum doctrinam: quia cum hæ perfectiones sint naturales, non possent movere actus supernaturales: ergo falsa est eorum doctrina.

56 Aliter: Bonitas naturalis Deus est motivum visionis beatificæ supernaturalis: ergo & potest esse motivum

amoris beatifici supernaturalis. Consequētia, quæ à pari constat, prob. Illa bonitas est motivum amoris in beatis, quæ *necessario* rapit ad amorem. Sed non alterius amoris, quam amoris beatifici supernaturalis: ergo bonitas naturalis Dei potest esse motivum amoris beatifici supernaturalis.

57 Hinc patet, non solum *de posibili*, & *in alia providentia*; sed etiam *de facto*, posse obiectum naturale propositum per cognitionem supernaturalē mouere actum voluntatis supernaturalem. Quia actus supernaturalis voluntatis non fertur in obiectum, ut propositum per cognitionem supernaturalē: & multo minus, ut propositum per revelationem: aliàs motivum fidei esset transcendens omnes virtutes voluntatis; & aliquid creatum, scilicet cognitione, esset motivum charitatis: & quidquid allicit, & suadet rectam operationem, ut exhortationes prædicatorum, essent semper motivum, & non solum conditio. Deinde, quia nullum datur fundamentum ad hoc, ut obiectum naturale non possit in hac providentia mouere actum supernaturalem: neque ad hoc, ut Deus decreverit, non parsre

concursum ad actum supernaturalem
circa motivum naturale, quando hoc
proponitur per cognitionem superna-
turalem.

SECTIO IV.

Solvuntur obiectiones.

58

Multa obiicit Exim. lib. 2.
de Gratia, cap. 11. à
num. 10. ad quæ sciendum est, quod
Paul. 1. ad Thesal. gratias agens, quod
aceperint verbum Dei, ut est Verbum
Dei, & exigens gratiam Dei ad illud
ita accipiendum: & SS. PP. exigentes
gratiam Dei ad fidem contra Pelagium,
exigunt gratiam Dei ad credendum, ut
oportet ad salutem; non vero ad simpli-
citer credendum, ut potest per actus
naturales. Quod vero Trid. sess. 6. &
Arausic. cap. 3. non exprimant ly, ut
oportet ad salutem, non obest: quia quod
ab alijs sàpè repetitur, necessarium non
est, ab omnibus repeti: quia post alio-
rum repetitionem, dum à Trident. non
impugnatur; sed tacetur, censetur in-
tellecta particula, ut oportet.

59 Obiicit. 1. Actus ut sit conda-

cens ad salutem, debet habere superna-
turalitatem formalem, & moralem. Sed
supernaturalitas, quæ non desumitur ex
motivo, sed solum ex principio, non
est formalis, & moralis; sed solum ma-
terialis, & de materiali se habens, &
concomitans: ergo actus conducens
ad salutem debet habere motivum su-
pernaturale. *Resp. conc. mai. neg. min.*
Quia supernaturalitas formalis, &
moralis est illa, vi cuius actus est propor-
tionatus cum fine supernaturali, neque
est cur aliud exigatur. Hanc autem
proportionem habet actus cum fine su-
pernaturali, eo præcisè, quod proce-
dat à principio supernaturali, & ex mo-
tivo bono materialiter, seu conformi
ad regulam morum.

60 Obijc. 2. ab opposito. Excel-
lentia fidei, ut pertinet ad mores, &
conducit ad salutem, stat in certitudine
objectionis, per quam summè adhæret
Deo dicenti: quia certitudo subiectiva
minns propria est, & per accidens se ha-
bet. Sed si actus naturalis posset moveri
ex motivo supernaturali fidei, haberet
certitudinem objectionis propriam, &
summam: ergo actus naturalis esset con-
ducens ad salutem, & haberet tantam

certitudinem, quantum actus supernaturalis fidei. Prob. min. Certitudo obiectiva sumitur ex connexione obiecti formalis cum materiali; quamvis actus non sit cum illo connexus, ut censent Arriaga, & alij. Sed obiectum formale supernaturale fidei connectitur cum materiali, quamvis actus non sit cum illo connexus: ergo &c.

61 Resp. permis. mai. quod sola certitudo obiectiva sit *proprie* certitudo: quia quamvis certitudo subiectiva proveniens ab imperio, sit *impropri*a certitudo; subiectiva tamen identificata cum actu per connexionem, quam habet cum obiecto materiali, & formalis, non est cur non sit *proprie* certitudo. Nego min. Quia certitudo obiectiva propria actus non sumitur ex connexione, quam habet obiectum formale cum materiali; sed ulterius requiritur, actu connecti cum obiecto formalis: licet enim obiectum formale connectatur cum materiali; si actus non connectitur cum obiecto formalis, permittit non existere obiectum formale, & consequenter permittit esse falsum: cum ergo actus naturalis fidei nos habeat connexionem cum obiecto formalis, &

eam habeat actus supernaturalis fides; hic est obiective certior actu naturali fidei. Differimus ergo à Pelagio: quia dicebat, propositionem naturalem mysterij esse sufficientem ad credendum, ut oportet, & fidem naturalem esse sufficientem ad salutem; Nos vero virumque negamus; & insuper dicimus, gratiam supernaturalem esse essentialiter requisitam ad posse salutariter operari, & non solum ad facilium; quod secundum asserebat Pelagius negans primum,

62 Obje. 3. De ratione obiecti supernaturalis est, quod excedat vim cognoscitivam naturæ: ergo motivum supernaturale non potest cognosci per actum naturalem. Argum. probat neque obiectum materiale supernaturale, v. gr. Mysterium Trinit. posse cognosci per actum naturalem, supposita revelatione, & credibilitate, quod falsum est: quia Incarnationis cognoscebatur à dæmonie, & Mysterium Trinit. potest ex dicto Magistri, Parochi &c. cognosci. Deinde Resp. dist. mai. De ratione obiecti supernaturalis est, quod excedat vim cognoscitivam naturæ, Quoad cognitionem intuitivam aut quiditativam, conc. ant. quoad abstractivam;

wam , neg. *absolutè* ant. quia Deus est obiectum supernaturale, & est cognoscibilis *abstractive* naturaliter , non solum *probabiliter* ; sed *evidenter*. Vel aliter dist. ant. de ratione obiecti supernaturalis *increari* est , quod excedat vim cognoscitivam naturæ , neg. ant. quia ut diximus sectione antecedenti , aliunde habet , vnde sit supra naturam. De ratione obiecti supernaturalis *creati* , subdist. *antecedenter* ad revelationem , cessionem , aut quasi cessionem in cognoscibilitatis , perm. ant. *consequenter* , neg. ant. & cons.

63 Obje. 4. In potestate libera hominis est elicere actus salutares: quia in eius manu est salvari; immo præcipiuntur tales actus , dum urget præceptum justificationis. Sed si actus naturales possent versari circa obiectum supernaturale , non esset in potestate libera hominis elicere actus salutares : ergo circa motivum supernaturale non possunt versari actus naturales. Prob. min. In manu hominis solum est connari circa motivum supernaturale ; cum vero ex illo possit oriri actus naturalis, non erit in eius manu quod ex tali motivo oriatur actus supernaturalis , præ natura-

li; sed hoc erit per accidens respectu illius.

64 Resp. conc. mai. *Frequentē loquendo*: quia *frequentē* loquendo, gratia Dei non solum est parata; sed in re data ad operandum *salutaricer*. Vnde talis gratia elevat principia naturalia ex se sufficientia ad actum naturalem, ut eliciant actum supernaturalem: & ita accidere credendum est, saltem dum Deus præcipit actus salutares, ne dicatur præcipere impossibilia. Dixi *frequentē* loquendo: quia non est ita certum, gratiam Dei esse in re datam ad actus salutares in quovis instanti: cum probabile sit, aliquando substrahit aliam gratiam in pœnam peccati, etiam dum homo connatur converti: de quo latè disput. 6. de Liber. Arbitr. & cum non habeamus gratiam, neque potestatem proximam ad conversionem, dum omnino divertimus. Vide Oviedo 2.2. tract. 7. controv. 2. num. 35.

65 Obijc. 5. Ex Tannero. Si bonitas naturalis posset movere actum supernaturalem, & bonitas supernaturalis actum naturalem, non posset homo discernere, quando elicit actum natu-

fellem per supernaturali: neque in eius manu esset actum supernaturale, præ naturali elicere. *Resp.* Verum esse, hominem non posse certo id cognoscere; quia nescit homo, *An amore, an odio dignus sit*, neque scit certo, an habeat gratiam ad actus supernaturales; si enim id sciret, & gratia ex natura rei eliciat quantum potest, daretur fundamentum sciendi actus esse supernaturales, nisi forte Deus negaret concursum, vel vires gratiae suspenderet: cum tamen fre^q uenter concessa sit gratia ad actus salutares, qui intendit actus salutares elicere, prudenter potest iudicare, potius egredi supernaturales, quam naturales.

66 Adverte contra Granad. Gratiam non dari ad elevandam naturam, ut amet bonitatem, *quam suis viribus amare non potest*; sed ita: Gratia datum ad elevandam naturam, ut amet bonitatem *amore, quo suis viribus amare non potest*. Scilicet amore supernaturali. Patet etiam non esse certum, reliquas virtutes Theologicas essentialiter requiri rere motivum supernaturale saltem in adæquatum: quia ex dictis cum Rips fides moveri potest ex revelatione na-

turali , & movetur ex sapientia , & veritate , quæ per Adversarios sunt naturales.

67 Obijc. 6. Iuxta Aug. lib. de Prædestinatione , iuxta Prosperum , & Hilarium epist. ad Aug. Semipelagiani dividebant fidem in *perfectam* , quæ est à Deo ; & *imperfectam* , quæ est à nobis : & in hoc damnati sunt. Sed si potest dari fides naturalis , hæc est ipsissima divisio : quia hæc est fides *imperfecta* ; & fides supernaturalis est fides *perfecta* : ergo nequit dari fides naturalis. Resp. Semipelag. non esse damnatos propter divisionem fidei in *perfectam* , & *imperfectam* ; sed quia dicebant fidem *imperfectam* , seu naturaliem esse conuentem ad salutem , & esse proximam dispositionem ad fidem *perfectam*.

68 Adverte. Inter cognitionem , & obiectum formale dari aliquam proportionem : sicut etiam inter cognitionem , & obiectum materiale ; non verò dari omnimodam proportionem : alias obiectum increatum non posset cognosci , nisi per cognitionem increatam : neque obiectum materiale , nisi per cognitionem materialem ; datur ergo inter

inter cognitionem , & obiectum aliquā propōtio , scilicet similitudinjs : & si mavis , quod cæteris paribus , perfētior sit actus circa obiectum perfētius , quam circa imperfectius ; non vero datur omnimoda propōtio , iuxta dicta : neque talis , vt si vnum sit superuaturalē , debeat esse etiam aliud : quia hæc propōtio non probatur necessaria.

69 Adverte. Cognitioni naturali non esse *necessario* debitam existentiam sui obiecti formalis dum obiectum formale est creatum : quia non est *necessario* connexa cum existentia sui obiecti formalis (loquimur de actibus virtutis) dum autem obiectum formale est in-creatūm , nihil obest , quod eius exi- stentia sit debita cognitioni naturali ex dictis. Sed demus : dari aliquem actum naturalem *essentialiter* connexum cum revelatione , cui assentitur , & quod hæc revelatio sit supernaturalis , quid inde ? Hoc genus debiti non extrahit revelationem à linea supernaturali : cum non reddat revelationem *naturaliter* cognoscibilem *antecedenter* ad cessio- nem iuris suæ incognoscibilitatis : quod propriè opponitur supernaturalitati est , esse

esse debitum naturæ per modum effe-
ctus , eo quod in natura dentur vires
adæquatæ ad producendum effectum ,
vel dilpositiones *physice* , aut *moraliter*
causantes effectum , & connexæ cum
ilio , non verò aliud debitum impro-
prium non demittens res supernatura-
les ; sed ipsas relinquens in suo ordine
superiori .

70 Adverte ; Didacum Ruiz de
Voluntate , disp. 52. sect. 4. contra
Suarez disp. 30. metaphys. sect. 16.
num. 60. admittere amorem benevo-
lentiæ , & amicitiam inter personas di-
vinas : quia se amant propter bonita-
tem intrinsecam distinctam à persona
amante , scilicet propter bonitatem
relationum . An verò dicendi sint *tres
amicis* ? Potest esse dubium Ruiz conces-
dit , esse *tres amicos* in Trinitate . Quæ-
stio videtur de nomine , ut hic advertit
Rip. quia si amicus dicat in recto natu-
ram , & voluntatem , & in obliqua
personam , sicut vox Deus : non erunt
tres amici ; secus è contra : quia ta-
men vox amicitia relativa est ad alte-
rum : quia Pater non est sibi amicus ;
sed Filio , congruentius videtur conce-
dere *tres amicos* .

71. Adverte ex dictis: Decreta libet
ta Dei, ut talia posse esse metivum cha-
ritatis: quia ut distincta ab amore ne-
cessario dicunt perfectionem; ut dixi-
mus tract de Volunt. cum Ruiz disp. 3.
de Voluntate, Granad. disp. 2. Rips
hic disp. 35. num. 65. Ex eo abirem;
quod ut talia dicat perfectionem, & in-
finitam perfectionem, sequitur quidem;
Deum necessario in illis complacere;
non vero sequitur, Deum necessario
illa amare amore efficaci. Primo: quia
cum decretum de mundo sit tam ama-
bile, quam decretum de carētia mun-
di, Deus manet in æquilibrio; 2. Quid
quoties non potest amari bonitas infi-
nita, quin ameretur bonitas finita, illa
bonitas infinita non necessitat ad efficac-
iter amandum: sic Deus non necessi-
tatur ad amandum efficaciter merita
Christi, nec Christi sanctitatem;
quia talis amor esset simul
amor rei finitæ.



SECTIO VI

*An obiectum creatum possit esse motivum
formale charitatis?*

72 **S**up. 1. Posse dari actum charitatis respicientem Deum *ut motivum sufficiens* amandum, & simul bonitatem creatam, *ut motivum sufficiens*: sive hic actus procedere debeat à duplice habitu, sive possit ab uno procedere. **S**up. 2. Non repugnare ex natura rei habitum respicientem motiva duplicitis virtutis, ut advertit Oviedo controv. 4. Licet enim generaliter pro diversitate motivorum distinguantur habitus; non facile assignatur ratio ex natura rei, cur non possit idem habitus respicere motivum charitatis, & alterius virtutis moralis: Ideo quæstio non tam procedit, an actus habens pro motivo bonitatem creatam possit procedere ab habitu charitatis, & esse Theologicus ex principio, quam an possit esse Theologicus ex obiecto formali? **S**up. 3. Dupliciter etiam posse procedere quæstionem de actu. Primo: An possit dari actus Theologicus ex

ex obiecto formali, vnicè habens prò motivo bonitatem creatam? 2. An repugnet Theologalitati ex motivo partialiter moveri ex motivo increato, & partialiter ex motivo creato?

73 His suppositis, triplex est sententia. *Prima* asserit, posse dari actum charitatis Theologicum ex motivo, qui vnicè moveatur ex bonitate creata. Ita Exim. Suar. disp. 1. sect. 3. num. 3. loquendo de actu, quo amatur iustus propter gratiam habitualem, quæ participatio est naturæ divinæ. Rip. disput. 36. idem asserit, quando amor propter bonitatem creatam sit virtualiter amor bonitatis divinæ, quod in pluribus casibus dicit accidere. *Secunda* sentent. dicit, actum charitatis Theologicum ex motivo posse moveri partialiter ex bonitate creata; & partialiter ex bonitate divina; ita ut nullam ex his appreciet tanquam sufficiens motivum; sed solum coniunctum ex utraque. Ita Oviedo controv. 4. punct. 2. *Tertia* sentent. dicit, non esse actum charitatis Theologicum ex motivo, qui vnicè moveatur ex bonitate creata, quæcumque illa sit: neque illum, qui partialiter solam moveatur ex bonitate divina.

Placer hæc sententia , & AA. cum distinctione dabimus.

74 Dico 1. Non est actus Theologicus ex motivo , qui unice movetur ex bonitate creata , v. gr. ex gratia habituali ad amandum iustos Ita Vazquez 3. part. tom. 1. disp. 98. cap. 2. Torre disp. 69. dub. 2. Conine disp. 24. dub. 1. Lælio lib. 2. de Iusticia, cap. 36. num. 23. Oviedo controv. 4. punct. 3. Prob. ex Div. Thoin. hic quæst. 103. art. 3. ad 2. *Non enim per charitatem diligimus in proximo , nisi Deum , & ideo eadem charitas est , qua diligimur proximus , & Deus ; sunt tamen alia amicitie differentes à charitate , quibus homines amamus.* 2. Motivum charitatis est sola bonitas divina in se , & qua Deus est bonus. Sed gratia habitualis non est bonitas divina in se , qua Deus est bonus: ergo actus amandi iustos propter gratiam habitualem non est actus charitatis Theologicæ. Prob. mai. Si non sola bonitas divina in se ; sed etiam bonitas divina participata esset motivum charitatis Theologicæ, non sola honestas adorandi excellentiam Dei in se sed etiam honestas adorandi excellentiam Dei participatam esset motivum

Virtutis latriæ. Sed hoc est falsum
ergo &c.

75 Major viderur vera à paritate.
Prob. min. iuxta Theologos cum Div.
Thom. actus adorans Deum propter
honestatem colendi eius excellentiam
est actus latriæ : & actus adorans San-
tos propter honestatem colendi San-
tos , constitutos in esse tales per gra-
tiam , non est actus latriæ ; sed dulitæ
ergo sola honestas adorandi excellen-
tiæ Dei in se , est motivum virtutis
latriæ.

76 Prob. 3. conclusio. Si ad essen-
dum obiectum Theologicum sufficeret
esse obiectum in creatum per participa-
tionem ; seu si gratia , quia est bonitas
divina participata , esset motivum cha-
ritatis Theologicæ , actus amans iustos
propter alia bona supernaturalia distin-
cti à gratia , esset actus charitatis Theo-
logicæ. Sed hoc iuxta Exim. Suar. est
falsum ergo & primum. Prob. mai. Illa
dona supernaturalia essent participatio
bonitatis divinæ prout est motivum
charitatis Theologicæ : ergo actus
amans iustos propter illa dona , esset
charitatis Theologicæ.

77 Prob. ant. iuxta Suarez. Bonis

tas divina, quæ est motivum charitatis, non est sola bonitas naturæ; sed bonitas supernaturalis integrè sumpta, prout dicit bonitatem naturæ, & attributorum. Sed illa dona supernaturalia essent participatio attributorum: ergo essent participatio bonitatis divinæ, ut est motivum charitatis. Probat, conseq. iuxta Suar. quia gratia est participatio naturæ divinæ constituentis inadæquate bonitatem divinam motivam charitatis, quamvis non sit participatio attributorum, est participatio sufficiens bonitatis divinæ, ut est motivum charitatis: ergo quia illa dona sunt participatio attributorum inadæquate constituentium bonitatem divinam motivam charitatis, quamvis non sint participatio naturæ divinæ, ut est motivum charitatis: vel è contra. Imò iuxta Suarez, cum attributa formaliter constituant naturam divinam, illa dona erunt etiam participatio naturæ divinæ inadæquate, sicut gratia.

78 Prob. 4. conclusio. Iuxta Div. Thom. suprà, habitus virtutum, vel saltem actus differunt, quando motiva sunt moraliter diversa; ideo enim multiplicantur virtutes Theologicæ, & morales

iales infusæ. Sed gratia habitualis, & bonitas divina in se sunt motiva moraliter diversa: quia magis differunt inter se adhuc moraliter; quam motiva virtutum moralium: ergo habitus, vel saltem actus, qui movetur ex gratia, & qui movetur ex bonitate divina, in se sunt diversi. Sed actus, qui movetur ex bonitate divina in se, est charitatis Theologicæ: ergo qui movetur ex gratia, erit charitatis infusæ.

79. Prob. 5. In specificativis formalibus non est immutandum sine vragenti necessitate, alias, cum motivum cuiusvis virtutis habeat aliquam similitudinem, & proportionem cum motivis aliarum, dici posset, motivum unius virtutis esse virtualiter motivum alterius, & posse specificare alias virtutes. Sed specificativum formale charitatis Theologicæ est bonitas divina: ergo non ita laxanda est, ut intelligatur etiam pro bonitate participata: alias quia auctoritas humana est participatio divinæ auctoritatis, auctoritas humana posset esse motivum fidei Theologicæ; & sic de alijs.

80. Dices ex Suar. Omne secundum quid reducitur ad simpliciter: & quod

est per participationem re ducitur ad id;
quod est per essentiam. Sed gratia est se-
cundum quid, & per participationem bo-
pitas divina, & est in ordine superiori,
& divino, & consequenter reducitur
ad bonitatem divinam; ergo amor prop-
ter gratiam reducitur ad amorem prop-
ter bonitatem divinam. Sed hic est amor
charitatis Theologicæ: ergo & ille. *Resp.*
quoad easum prelacionem dist. mai. Omne
secundum quid reducitur similitudinariè
ad simpliciter, conc. mai. reducitur
identicè, neg. mai. vel implicat in ter-
minis: quia reduci ad aliquam sphæram
est non esse eiusdem sphæræ: & conc.
min. dist. eodem modo conseq. ad sub-
sumptam, conc. min. neg. cons. Quia
amor propter gratiam est similis amori
propter bonitatem divinam in eo, quod
sit amor charitatis, quamvis insulæ; non
in eo quod sit amor Theologicus: alijs
non esset secundum quid charitatis Theo-
logicæ; sed simpliciter. Sicut hominem
esse pictum, quod est esse hominem se-
cundum quid, reducitur ad esse verè pù-
ebulum, quæ similitudinariè est homo.
Solutio confirmatur, & argumentum
instatur in 2. & 3. probatione conclu-
sionis recolendis.

81 Obijc. 2. Inauditam esse in sagris literis amicitiam, seu charitatem insulam distinctam a charitate, qua Deum diligimus, & ueritas utriusque charitatis desumi potest ex 1. epist. Ioan. ex Aug. de Trin. lib. 3. cap. 8. & serm. 13. de Temp. vbi ait: *Proximum ex charitate diligi, quando diligitur, quia regeneratus est.* Idem docet Div. Thom. hie quæst. 23, art. 1. ad 1. & colligitur ex loco pro nobis suprà citat. vbi distinguens habitus latræ, & dulcæ: & occasionem habens distinguendi hos habitus charitatis, non eos distinguit; sed nomine charitatis unice loquitur de charitate Theologica.

82 Resp. Verum esse non fieri mentionem in Scriptura, neque in SS. PP. de habitu charitatis insulæ; verum, vt inquit P. Oviedo, innumeri sunt habitus insuli inventi à Theologis, de quibus SS. PP. non meminerunt. Ideaque non est sufficiens fundamentum, vt negentur, quod de illis non fiat mentio, quando adest gravis ratio, vt concedantur. Et quidem Suat. Ipse concedit, posse nos amare amicum amore amicitiae propter alia dona supernaturalia. Sed si hic amor regulatur per cognitionem

nem supernaturalem, pertinebit ad charitatem supernaturalem, & nō ad Theologicam iuxta ipsum : ergo ad infusam. Min. quoad 1. part. patet: quia non est alia virtus, ad quam pertineat.

83 Et quamvis sāpē amemus proximum charitate Theologica propter Deum ; imò ex præcepto charitatis Theologicæ teneamus ad amandū proximum; non inde sequitur, illum amorem debere esse charitatis Theologicæ, nec propter Deum , nec quod idem sit habitus utriusque charitatis; potius cum frequentes sint actus , quibus amemus proximum propter eius bonitatem intrinsecam, pro his debet assignari habitus distinctus ab habitu , quo amamus proximum propter Deum.

84 August. solum dicit , homines constitui per gratiam in statu apto , ut amentur propter Deum: quia illa conditio maximè excitat ad talēm amorem: sicut quando aliqui amantur , quia filij, aut amici : filiatio , & amici via est conditio , & bonitas amici est motivum amandi. Quod D. Thom. loco cit. tacuerit de tali distinctione habituū, ideo fortè accidit : quia D. Thom. non loquebatur de quovis amore proximi; sed

de amore charitatis: & cum nomine
charitatis intelligatur charitas Theolo-
gica , quæ est præcipuum analogatum:
ideò dixit, Deum esse rationem amandi
proximum. Et quidem si , quia non di-
stinxit , infers , non dari duos habitus:
quia dixit, Deum esse rationem amandi
proximum , cur non infers , creaturam
non esse rationem amandi charitate
Theologica. Certè hanc distinctionem
concedit Petr. Hurt. disp. 131. Torre
disp. 63. Oviedo hic , & probabilem
censem Suar. & Vazquez.

85 Dices cum RR. Thomistis: Etsi
actus quo amamus iustos propter gra-
tiam absoluè sumptam , non sit chari-
tatis ; actus tamen quo illos amamus,
quia filios Dei, seu propter gratiam , vt
dicentes respectum ad Deum, erit actus
charitatis. *Resp.* diff. ant. Si ita amen-
tur propter gratiam , vt respicientem
Deum, vt simul amentur propter Deum,
tanquam motivum sufficiens, conc. ali-
tèr , nego. Non verò est necessarium,
quod per amorem , quo amatur Iustus
propter gratiam, vt dicentem respectum
ad Deum, ametur Deus , quem conno-
tat talis amor. Aliás cum honestas co-
lendi Deum propter eius excellentiam,
fit

Et conceptus relativus: per actum relati-
onis semper amaretur Deus: immo cum
Deus sit regula morum, ut credimus,
motivum cuiusvis virtutis est essentiali-
ter relativum ad Deum, & sic per
quemvis actum virtutis amaretur Deus,
& quivis actus virtutis esset actus chari-
titatis.

86 Obje. 2. Ripalda pro sua sen-
tentia. Odium peccati, quia offensa Dei
est, elicitur à charitate *iuxta omnes* apud
ipsum. Sed tale odium potest non habe-
re aliud motivum, quam creatum, scili-
cet ipsam offensam, seu malitiam: quia
possibles sunt actus puræ fugæ: ergo
actus, qui vnicè moveatur ex motivo
creato, potest esse charitatis Theologi-
æ, si per illum actum virtualiter ame-
retur Deus, vt accidit in hoc casu: quia
odium peccati, vt est offensa Dei, vir-
tualiter est amor Dei. Resp. per se lo-
quendo tale odium elicit à charitate
quia per se loquendo movetur *ex mo-*
tivo divino, vt constat: ex Aug. lib. 43.
quæstionum, quæst. 33. Nulli dubium
est, non aliam esse metuendi causam, nisi
illud, quod amamus. Idem D. Thom. I. 2.
quæst. 43. art. 10. ubi ait: *Timorem*
per se nasci ex amore. Et q. 113. art. 8.

*F*oluntatem necessario prius amare Domum quam moveatur ad removendum impenitentium peccati. Vnde SS. negant actus puræ fugæ in voluntate. Sed admissio, quod possibiles sint actus puræ fugæ in voluntate, ut possibiles sunt in intellectu iuxta virorem Philosophiam. Dico, tale odium non elicit charitate, si non moveatur ex motu divino: licet enim sit virtualiter amor Dei in ordine ad removendum peccatum; non vero in ordine ad speciem virtutis, seu Theologalitatem: sicut charitas imperans actum misericordia virtualiter est misericordia; & imperium non elicetur à misericordia: & amor Dei virtualiter est impletio præceptorum pertinentium ad alias virtutes, & non elicetur ab alijs virtutibus.

87 Obijc. 2. Elec^tio formalis misericordia, quia utilis ad finem charitatis, elicetur à charitate iuxta omnes. Sed talis elec^tio potest habere solum motivum creatum, scilicet utilitatem intrinsecam talis mediij in finem charitatis: ergo actus unice habens motivum creatum potest elici à charitate. Responde conc. mai. neg. min. Quia de ratione electionis formalis, non est præcisus suppon

Supponere intentionem finis; sed resp*p*ū
cere intrinsecè, & non solum extrin-
secè finem, ut dicemus de *intentione pœ-*
nitentia: sicut de ratione conclusionis
formalis non est præcisè supponere
præmissas; sed supra illas reflectere:
quia motivum extrinsecum impropriè
est motivum: & electio, quæ non ref-
plicat intrinsecè finem, est electio ma-
terialis; non formalis.

88 Obijc. 3. Actus reflexus, quo
amatur actus charitatis, pertinet ad
charitatem: & tamen vnicè habet mo-
tivum creatum. Prob. 1. Quia hone-
stas formalis actus, & obiectiva, à qua
specificatur sunt, eiusdem rationis.
2. Quia iuxta Fulgentium, Guillel.
Abbatem, & D. Thom. citatos à Rip-
velle amare Deum, est amare Deum:
ergo actus vnicè habens motivum crea-
tum elicitur à charitate, quando virtua-
liter est amor Dei. Resp. per se loquen-
do: Actus reflexos, & directos pertine-
re ad eandem virtutem: quia generali-
tè loquendo, cui placet amari aliquod
obiectum, placet obiectum, & hoc in-
tendunt PP. citati dicentes, *Qui diligis*
dilectionem, Deum diligis: quod præ-
sertim est verum in virtutibus morali-
bus,

bus, vbi honestas actus, vel est eadem, vel habet magnam affinitatem cum honestate obiecti; attamen non sunt eiusdem rationis rigorosè loquendo; sed quasi reductivè. Vnde si forte contin-
gat, actum reflexum vnicè moveri ex amore directo, actus reflexus non elicitur à charitate propter dicta; quamvis in ordine ad aliqua munera sit vir-
tualiter actus charitatis.

89 Dices: Actus, qui moventur ex Deo, erunt actus primarij charitatis, qui vero ex bonitate creata, erunt actus secundarij. *Contra*: Actus primarij, & secundarij alicuius virtutis debent convenire in obiecto formali; & solum possunt differre in eo, quod alter sit efficax; alter inefficax: Alter versetur circa obiectum materiale primarium; alter circa secundarium: Vel alter mo-
veatur ex ratione quasi primaria in linea obiecti formalis, v. gr. ex natura divina; alter ex ratione quasi secunda-
ria, v. gr. ex attributis; sed omnes de-
bent convenire in eo, quod motivum
sit divinum.

90 Obijc. 4. Actus, quo intendimus gloriam Dei, elicitor à charitate, iuxta communem persuasionem, qua
refe-

referentes aliquid ad gloriam Dei, censes
murmurare Deum. Sed talis amor moveretur
ex gloria Dei, quae est quid creatum: ergo
actus charitatis moveri potest ex
motivo creato. Prob. min. Gloria Dei
est finis qui intentus, & amor non so-
lum moveretur ex fine cuius; sed etiam ex
fine qui: ex eo enim, quod Deus sit
finis qui nostrae spei, est obiectum for-
male illius. Resp. cone. msi. generali-
ter loquendo: quia generaliter lo-
quendo, moveretur ex bonitate divina;
dum volumus eius gloriam: dum enim
alteri volumus bonum, frequenter mo-
verur ex bonitate illius: & dist. min.
Talis amor moveretur ex gloria Dei
unicè, neg. min. ex gloria Dei, & ex
Deo tanquam ex motivo sufficienti,
conc. min. & neg. conf. Si vero talis
amor non moveretur ex Deo, non eli-
ceretur ex charitate propter nostras
rationes.

91 Obijc. 5. Quando actus ex
objeto formaliter intrinseco ita compad-
rantur inter se, ut amor formalis unius
objeceti sit virtualiter amor alterius;
utique actus pertinet ad eandem vir-
tutem. Sed odium peccati, quia est
offensa Dei; Misericordia, quia intrin-
seca

Secundū vtilis ad finem charitatis, & amo^r Dei, ita comparantur inter se ex obiecto formalī, vt amor vnius obiecti, v. gr. misericordia, quia vtilis ad finem charitatis, sit amor alterius virtutis liter, scilicet Dei: ergo pertinent ad eandem virtutem charitatis. *Resp.* dist. mai. Quando ita comparantur inter se, vt amor formalis vnius sit virtualiter amor alterius; *quoad omnia munera*, conc. mai. præcisè *quoad aliqua*, neg. mai. & dist. min. neg. cons. quia odium peccati, quia offensa Dei est, non est virtualiter amor Dei in ordine ad Theologalitatem, & idem de illo actu misericordiae: quia non habent motivum divinum.

SECTIO VI.

Actus, qui partialiter moveatur ex bona creatura, & partialiter ex bonitate Divina, v. gr. ex Deo revelante, aut ex Deo, ut beante, non est actus charitatis Theologice.

92

H

Æc conclusio est contra Oviedo suprà; eam tandem defendit Gran. tract. 5. disp. 34 *De Spe, & Char.*

Bk

grat

pro se citans D. Thom. Prob. i. ex Div. Thom. quæst. 23. art. 6. dicente, *Charitas magis attingit Deum; quam fides, & spes.* Sed fides, & spes attingunt Deum tanquam obiectum formale inadæquatum: ergo charitas attingit Deum tanquam obiectum formale adæquatum, & Bonitas Dei est motivum proprium charitatis iuxta omnes: ergo actus, qui partialiter moveretur ex bonitate Dei, & ex bonitate creata, non esset actus charitatis. Prob. conf. Motivum propriū cuiusvis virtutis (vel physicè idem, vel moraliter idem) debet appretiari tanquam sufficiens à quovis actu illius virtutis: & actus, qui partialiter moveretur ex bonitate divina, non appretiaret tanquam sufficiens motivum bonitatem divinam: quid enim est appretiare tanquam motivum sufficiens, nisi moveri ex illo, ut motivo sufficienti? Ergo actus, qui partialiter moveretur ex bonitate divina, non esset actus charitatis. Prob. mai. Quia Deus loquens est motivum proprium pro revelationibus assertorijs, debet appretiari, ut sufficiens à quovis actu credendi obiectis revelatis: & sic de alijs: quia quomodo merebitur apud virtutem, & erit de clas-

classe vnius virtutis actus , non appre-
tians eius motivum, vt sufficiens? Alias
si semel statuatur sufficere ad virtutem
moveri partialiter ex motivo virtutis:
& non requiritur appretiare tanquam
sufficiens motivum virtutis , motivum
vnius virtutis posset esse motivum alte-
rius virtutis: quia posset partialiter mo-
vere actum alterius virtutis, & sic con-
funderentur virtutes , & motiva.

93 Dices : Fides, & spes sunt vir-
tutes Theologicæ , & inadæquatè mo-
ventur ex motivo creato : ergo cha-
ritas poterit moveri inadæquatè ex
motivo creato , licet sit virtus Theolo-
gica. *Resp.* conc. ant. neg. conf. Dis-
paritas est : quia fides , & spes strictè
tales , non possunt moveri ex prædica-
tis increatis , tanquam ex motivo suffi-
cienti : quia fides necessario movetur
ex Deo , ut loquente , in quod ingredi-
tur aliquid creatum. Spes , ut intentio,
est beatitudinis , movetur ex Deo ve-
beante , in quod ingreditur visio , &
amor: ideoque earum Theologalitas, ut
potè minus excellens , quam Theolo-
galitas charitatis, exigit pro motivo par-
tiali aliquid creatum , alioqui , si illud
non exigeret , neque illud permitteret:


sicut quia homo non exigit aliud prædicatum esse^{ntiale}, & specificativum; præter ea, quæ habet, non permittit aliud prædicatum esse^{ntiale} habere; at vero charitas, quæ excellentior est, & quæ magis attingit Deum, quam reliæ quæ virtutes, iuxta D. Thom. cum in bonitate divina habeat sufficiens, & proprium motivum, non aliud exigit: & cum non aliud exigit, neque illud permittit tanquam sufficiens.

94 Dices: Non quaslibet res posse constituere partialiter motivum, sed illas, quæ propter connexionem, & proportionem, quam habent, constituunt vnum effectum, aut denominationem: sic beatitudo formalis, & objectiva constituunt vnum motivum: quia constituunt beatitudinem adæquatam: Revelatio, & authoritas constituunt vnum motivum: quia constituunt denominationem revelantis: ergo hæc ipsa duo, siquidem constituunt vnum effectum, poterunt constituere vnum motivum charitatis. *Contra:* Non ex eo, quod aliqua constituant vnum effectum, sequitur constituere alium: Sic authoritas, & revelatio constituunt effectum revelantis, & non constituunt effectum

effectum Beantis. Ideoque sunt moti-
vum fidei, & non spei: sic coniunctum
ex divinis perfectionibus cum veraci-
tate, & sapientia constituant motivum
charitatis; & non motivum fidei iux-
ta Oviedo: ergo ulterius requiritur
quod possint constituere aliud moti-
vum, scilicet motivum charitatis: quod
nisi urgenter probetur, admittendum
non est: alias, cum in quavis re creata
possit inveniri proportio ad aliquam
denominationem cum perfectionibus
divinis, quævis res creata posset move-
re partialiter charitatem, quod negas.

95 Dices: Hoc concretum, Deus
revelans amari potest propter se amore
supernaturali: ergo ad aliquam virtu-
tem pertinet talis amor, & quidem
Theologicam: quia motivum inadæ-
quatum est divinum, quod sufficit, ut
sit Theologica à paritate fidei, & spei.
Sed non ad aliam, nisi ad charitatem:
ergo actus, qui partialiter movetur ex
motivo creato est actus charitatis. Idem
argumentum sit in gaudio, quo beatus
gaudet de sua beatitudine: & amore de-
cretorum Dei in sententia constitente
illa per aliquid extrinsecum. Resp. Si
illud concretum ametur unice, ut pos-

test propter bonitatem increatam; quam includit, erit actus charitatis. Si ametur propter bonitatem increatam, & simul propter creatam, sed appre-
tiando tanquam sufficiens motivum bo-
nitatem increatam, erit etiam actus
charitatis; si vero solum partialiter
moveatur ex bonitate divina, non ap-
preiando illam tanquam sufficiens
motivum, neque in illa quiescendo suf-
ficienter, non erit actus charitatis:
idem dicendum ad reliqua. Quare au-
tem motivum fidei, & spei permittat
aliquid creatum? diximus supra. Amor
illius complexi dici potest, elici ab au-
xilio transeunte: quia cum non sit val-
de frequens, non est cur pro eo assig-
netur habitus. Vel si velis dic elici ab
habitu charitatis, & esse Theologicum
elicitivè, & sic reductivè pertinere
ad charitatem; non vero obiecti-
vè, neque motivè.



SECTIO VII.

An detestatio efficax unius lethalis ex motivo charitatis, sit detestatio virtualis ceterorum?

96

SUP. 1. Detestationem for-
malem ynius lethalis ex
motivo charitatis posse non esse dete-
stationem formalem aliorum , eo quod
detestatio signatè tendat in vnum lethali-
le , & non in alia , adhuc , ut confusè
cognita. Quoad detestationem virtua-
lem duplicitè considerari potest , de-
testationem formalem ynius lethalis esse
detestationem virtualem aliorum. 1. Si
detestatio expressè tendat in peccatum
furti , v. gr. & formaliter tendat in alia
peccata sine expressione tamen specie-
rum , v. gr. sic : *detestor furtum, & om-
nia lethalia.* 2. Si expressè detestentur
furtum ex motivo charitatis , ita vt ne-
que expressè , neque confusè detestetur
formaliter alia lethalia ; sit tamen ita
ardens detestatio furti ex motivo cha-
ritatis , vt incomponibilis sit cum omni
alio peccato lethali actuali. Sup. 2.
Dum detestatio formalis ynius lethalis

ex motivo charitatis non sit detestatio
Saltem virtualis cæterorum , talis de-
testatio non est sufficiens ad iustifica-
tionem , & remissionem peccatorum:
quia unum peccatum non potest remit-
ti sine alio per formam intrinsecam.

97 Sup. 3. Diversum esse dari
electionem efficacem medij in ordine ad
finem; & dari *electionem medij efficacis:*
quia *electio efficax medij* est determina-
tio voluntatis ex se connexa cum pos-
sessione medij. Sed potest contingere
medium esse inefficax ad consequendum
finem : ergo potest dari *electio efficax*
medij , quin detur *electio medij efficacis:*
v. gr. Si quis extremè indiget viginti
aureis , & ad subveniendum eius indi-
gentiæ daremus unum aureum , pone-
remus *electionem efficacem medij* ; quia
poneremus *electionem medij efficacis.*
Quæstio inquit, an qui efficaciter de-
testatur furtum ex motivo charitatis,
efficaciter detestetur alia saltem vir-
tualiæ?

98 Sup. 4. Certum esse intendere
quem efficaciter aliquem finem , v. gr.
consecutionem gloriæ , vitationem in-
fernii , virtualiter intendere , seu elige-
re media , scilicet vitationem omnium
lethæ

Iethylum. Difficultas est: An qui efficiaciter eligit medium ex fine charitatis, idem ex fine communi, v. gr. consecutionis gloriae, aut vitationis inferni, virtualiter eligat omnia media necessaria ad talēm finē? & præcipue agitur de fine charitatis, qui non est tam propriè finis: quia hic causat, quia est; finis vero causat, ut sic, & sic causat gloria, vitatio inferni, electionem mediorum.

99 Duplex est sententia. Primi dicit, electionem efficacem, seu detestationem efficacem unius lethalis ex fine charitatis, non esse detestationem cæterorum. Ita Rip. disp. 131. de Ente supernaturali, sect. 2. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. Lugo disp. 5. de Pœnitentia, sect. 6. Secunda sent. dicit, detestationem formalem efficacem unius lethalis ex fine charitatis esse virtualiter detestationem cæterorum. Idem de detestatione ex fine consequendi gloriam, aut vitandi infernum. Ita Suarez de Pœnit. disp. 3. sect. 8. Torre hic disp. 44. Coninc disp. 1. de Pœnit. Lorca de Fide, disp. 33. & aliij cum D. Thom. 3. part. quæst. 86. art. 3.

400 Placet hæc sent. loquendo de
cha-

charitate Theologica. Probari solet
 x. Qui efficaciter detestatur aliquod lethale, quia oppositum bonitati divinæ,
 efficaciter detestatur oppositionem cū
 divina bonitate. Sed qui efficaciter de-
 testatur oppositionem gravem cum di-
 vina bonitate, virtualiter detestatur
 omne peccatum mortale: quia quodvis
 mortale, est oppositio gravis: & voli-
 tio exercita oppositionis: & consequē-
 ter incomponibilis cum nolitione op-
 positionis cū divina bonitate: ergo
 qui efficaciter detestatur aliquod lethale
 propter oppositionem cū divina
 bonitate, virtualiter detestatur omne
 lethale.

101 Explicat. Qui vult efficaciter
 implere unum præceptum, quia imple-
 tio est grata divinæ voluntati, non po-
 test efficaciter velle opus ingratum di-
 vinæ voluntati, alijs efficaciter vellet
 simul gratam, & ingratam habere divi-
 nam voluntatem: ergo qui efficaciter
 lethale aliquod, quia divinæ voluntati
 ingratum detestatur, non potest simul
 velle opus ingratum: consequenterque
 virtualiter detestatur omne lethale. Et
 ratio à priori est: quia qui vult effica-
 ciē obiectum ex aliquo motivo, vir-

equaliter detestatur quæcumque pugnant cum tali motivo: ergo qui vult implere unum præceptum, quia impletio est divinæ voluntati grata, virtualliter detestatur omne lethale pugnans cum divina voluntate. Min. prob. Quia alijs simul amaret, & detestaretur idem motivum.

102 Probari solet 2. Qui vult efficaciter medium propter finem, absolutè, & efficaciter amat finem, & tam efficaciter, quam medium: quia, propter quod unumquodque tale, & illud magis: ergo qui vult efficaciter impletionem unius præcepti, quia gratum est divinæ voluntati, vel propter vitationem inferni, absolutè, & efficaciter amat divinam gratitudinem, & vitationem inferni, & æquè efficaciter ac impletionem illius præcepti. Sed qui vult efficaciter impletionem præcepti, non potest simul nolle adhuc exercitè talem impletionem: ergo neque potest nolle adhuc exercitè vitationem inferni, neque velle, quod est ingratum Deo. 3. Prob. ex D. Thom. suprà, ubi docet, non posse dari pœnitentiam de uno peccato, quin detur de 2:io: *Quia ad illam pertinet deserere peccatum, in quantum est*

bona Deum, quod est commune omnibus peccatis: ubi autem ratio est eadem, idem effectus,

103 His omissis, quæ fortè alicui videbuntur efficacia. Prob. conclusio 1. Ex D.Thom. in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 5. ad 30. *Quanumcumque parvus sit dolor, dummodo ad conititionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.* Ferè idem 3. part. quæst. 89. artic. 2. Ideò Sotus in 4. sup. art. 5. Cather. in annot. ad Comentaria Caiet. lib. 5. Caro punt Caietan. dicentem in Summa verbo *Contritio*, contritionem informem non esse ultimam dispositionem ad gratiam, tanquam dicentem quid inauditum, & periculosum, & desperationis induxitivum, quæ saltē probant Div. Thom. esse clare pro nostra sententia.

104 Prob. 2. De ratione actus charitatis Theologicæ dinstincti à simplici complacentia, est appretiare super omnia divinam bonitatem: ergo qui detestatur aliquod peccatum propter divinam bonitatē, appretiat super omnia divinam bonitatē: & qui ita appretiat super omnia divinam bonitatem, virtualliter detestatur omne lethale: quia aliud appretiaret, & non appretiaret eam

super

Super omnia : siquidem eam postponet
ret peccato : ergo qui detestatur ali-
quod lethale propter divinam bonita-
tem , virtualiter detestatus omne lethali-
le. Tota difficultas est in primo anteced-
denti , quod sic probatur. De ratione
assensus fidei Theologicæ est appretia-
re super omnia divinam authoritatem
ideoque iuxta communiorum senten-
tiam nullus potest assentiri assensu fidei
Theologicæ alicui mysterio , & dissen-
tire alteri : & iuxta omnes post decre-
tum Innoc. XI. non potest dari assen-
sus fidei Theologicæ circa obiectum
quod non sit moraliter certum : ergo
de ratione actus charitatis Theologicæ
erit similiter appretiare super omnia
divinam bonitatem. Cur enim concede-
tur hæc prærogativa actu fidei , & non
concedetur actu charitatis digniori fi-
de. *Explicat.* Qui appretiat super om-
nia divinam authoritatem , paratus est
credere quamvis veritatem sufficientem
propositam : quia in illo motivo ita
sunt connexæ omnes veritates , ut non
possit negari una , & affirmari alia: er-
go qui appretiat super omnia divinam
bonitatem , non potest detestari effi-
caciter ynum peccatum , quin paratus
sit

fit detestari omnia : quia in eo motivo,
sic appretiato connexa sunt omnia
peccata quoad detestationem.

105 Itaque, ut benè advertit Suar.
Ratio nostra non stat præcisè in eo,
quod motivum fit vniuersale comple-
ctens omnia peccata : alias , qui dete-
staretur propter divinam bonitatem
vnum lethale , deberet detestari omnia
venialia ; sed in eo , quod in illo moti-
vo vniuersali , ut sic appretiatio sint con-
nexa omnia lethalia quoad detestatio-
nem ; hoc est , quod impossibile sit ap-
pretiare suprà omnia divinam bonita-
tem , & simul admittere aliquod lethale .
Alièr probat Exim. Suar. Si quis
non doleat expressè de omnibus pecca-
tis , nec de aliquo determinato ; sed
indefinitè doleat , quod effenderit
Deum , eo quod sit offensa Dei , hic do-
lor extenditur ad omnia lethalia : quia
non est , cur potius ad vnum , quam ad
aliud extendatur , cum absolute dete-
stetur divinam offensionem : ergo qui
detestatur vnum peccatum propter di-
vinam offensionem , detestatur omnia:
cum absolute detestetur divinam offen-
sionem : & similitè qui detestatur ali-
quans offensionem divinam propter di-
vinam

vinam bonitatem, quia ipsi ingratam, detestatur omnia: cum absolute detestetur divinam ingratitudinem, & absolute amet divinam bonitatem.

106 Obijc. 1. Aug. de Gratia, & Liber. Arbitr. cap. 7. distinguenter dupl icem charitatem: aliam parvam, qua Div. Petrus ante Passionem diligebat Christum, non audens se obijcere morti, quæ charitas componibilis fuit cum negatione, aliam robustam, quam habuit postea. Et ait: *Quando Martyres magna illa mandata fecerunt, magna utique voluntate, hoc est, magna charitate fecerunt.* Resp. Charitatem Dei posse esse magnam, & parvam materialiter, seu quoad nos: quatenus ex operibus iudicamus affectum: & hæc utique fuit magna in Martyribus quoad nos scilicet, & fuit etiam magna formaliter ex modo appretiandi: quatenus fundamentum præbet, ut qui sic amavit non solum detestaretur omnia lethalia, sed etiam venialia: & in hoc sensu erat robusta præ alijs charitatibus. At vero qui vis actus charitatis appretiat Deum super omnia lethalia, et si non super omnia venialia. De charitate D. Petri, forte

Fortè prima erat amor naturalis, ideoque eam vocavit parvam.

107 Obje. 2. Libertas, proposita obscurè divina bonitate, sicut est indiferens ad detestandum omnia peccata; Ita ad nullum detestandum: ergo potest detestari unum, quin derestetur aliud: quia illæ libertates possunt esse diversæ, & non est cur una libertas dominetur alteri. Resp. conc. antec. nego cons. Quia hoc ipso, quod per actum charitatis Theologicæ detestatur unum peccatum, appretiat super omnia divinam bonitatem ex dictis, & consequenter detestatur virtualiter omnia lethalia: nec hoc est unam libertatem dominari aliam; sed utramque libertat concurrere simultaneè ad talem appretiationem; ad modum quo, quando voluntas se determinat ad amandum, communiter, & simul se determinat ad carnem edij, ad quam datur alia libertas. Vnde quamvis verum est, motivum non esse unicam rationem volendi; sed hanc resultare etiam ex libertate voluntatis, dum tamen hæc se determinat ad ita appretiandum super omnia divinam bonitatem se determinat ad illam ap-

pre-

pretiandum super omnia lethalia : sicut
dum se determinat ad amandum, se de-
terminat ad amandum.

108 Obijc. 3. Varia exempla
Possum velle facere aliquid, quia est
consentaneum rationi, quin velim fa-
cere omnia, quæ sunt consentanea ra-
tioni. Item possum velle facere aliquid,
quia est iniuria Petri, quin velim face-
re omnem iniuriam. Item possum vide-
re Petrum, quia est milii præsens, quin
videam omnia, quæ sunt præsentia. Item
potest quis legare aliquid Petro, quia
est filius, quin idem iuste Ioanni etiam
filio. Item quotidiè accidit nos facere
aliquid non multum difficile ex bene-
volentia erga alterum, quin parati si-
mus ad faciendum, quod est difficile.
Item respectu Dei possimus propter
divinam bonitatem facere aliquod opus
consilij, quin parati simus ad facienda
omnia, quæ sunt consilij, præsertim
difficilia: quia dantur plures rationes
retrahentes: ergo similiter potest quis
propter divinam bonitatem vitare pec-
catum facile vitabile, quin paratus sit
vitare peccatum difficile vitabile, quia
sunt plura retrahentia.

106 Omissa aliorum solutione,
Re/p. conces. omnibus exemplis , nego
 conf. loquendo de charitate Theologica
 à supernaturali habitu elicita : quia
 nostra ratio non consistit in eo , quod
 motivum sit vniuersale , seu capax se
 extendendi ad detestanda omnia pecca-
 ta : hoc enim solum probat , quod om-
 nia peccata possunt detestari proper-
 illud motivum ; ad hoc autem , ut infe-
 ratur , quod detestor omnia , dum vnum
 detestor ex motivo vniuersali , requiri-
 tur , quod super omnia appretiem tale
 motivum : & hoc dico contingere sem-
 per in affectu complexo charitatis
 Theologicæ .

110 Explicat. Adversarij etiam
 fatentur , quod actus charitatis perfectæ
 sufficientis ad remissionem omnium
 peccatorum , & appretiantis super om-
 nia divinam bonitatem (quos actus vo-
 eant , primarios charitatis) virtualiter
 detestarentur omnia peccata : nos autem
 dicimus , quemvis actum complexum ,
 seu efficacem charitatis Theologicæ ta-
 le n esse à paritate fidei : quid ergo mi-
 rum , quod virtualiter detestetur om-
 nia lethalia . Vnde ex charitate naturali
 posse

posset quis detestari vnum peccatum
sine alio : & ex meo inferni. Ex mo-
tivo iustitiae potest quis velle restitu-
re centum ; non verò mille , quia est
liber ad restituendum centum , & non
mille ; & potest moveri ex motivo iu-
stitiae appretiando illud iam magis , iam
minus ; sicut potest nihil appretiare
cum non detur ratio ad hoc , ut per
actum complexum iustitiae debeat suā
per omnia appretiari;

III. At verò ex dictis datur ratio
ad hoc , ut semper per actum comple-
xum charitatis appretietur super om-
nia divina bonitas, seu, quod est idem,
ut quis actus complexus charitatis
Theologicæ sit actus perfectæ chari-
tatis , & consequenter per actum cha-
ritatis Theologicæ non potest deter-
rari vnum , quin detestentur omnia.
Aliæ obiectiones ponunt posse ex eo,
quod cum actu fidei Theologicæ circa
aliquid Mysterium componatur nega-
tio alterius sufficienter propositi: quod
negatur cum communiori sententia
propter rationem datam : quia scilicet;
de ratione fidei Theologicæ est appre-
tiare divinam autoritatem sufficiente;

propositam super omnia motiva dissentienti.

112 Nec contra nos est , quod Sancti maiorem exigant pœnitentiam , ubi maiora sunt peccata : quia ibi loquuntur de pœnitentia satisfactoriæ non de pœnitentia sufficiendi ad remissionem peccatorum , saltem media charitate facienda : quia etiam ipsi Adversarij concedunt , charitatem sufficientem ad remissionem vnius deberet appretiare super omnia divinam bonitatem.

113 Rogabis : Supponamus , quod amor Dei non terminetur ad peccata ; sed quasi imperativè determinet ad detestandum aliquod peccatum , quæ detestatio non respiciat intrinsecè divinam bonitatem : tunc illa detestatio erit nè detestatio virtualis reliquorum ? Ille nè amor , erit detestatio virtualis imperativè reliquorum ? Dico , quod in tali casu , amor ille imperans , vel quasi imperans detestationem , erit virtualis detestatio omnium : quia ille amor est virtualiter amor complexus , & consequenter appretiat divinam bonitatem super omnia ; hoc est , se habet

in charitate , sicut se habet assensus in
 fide. Siquidem simplex complacentia;
 & amor inefficax se habent, sicut se ha-
 bet in fide simplex apprehensio , vel
 composita. Cum his tamen recte com-
 ponitur dari aliquas complacentias , si-
 cut etiam gaudia divinæ bonitatis,
 appretiantes illam super
 omnia,
 & incomponibiles cum peccato , & sal-
 tem in hoc sensu virtualiter deteg-
 stativas peccati,





DISPUT. II.

De amicitia inter Deum,
& homines.



Um egerimus de obiecto
formali charitatis , sequi-
tur agendum de amicitia
inter Deum, & homines,
& de his , quæ necessaria
sunt ad veram amicitiam , tam in Deo
relatè ad homines , quam è converso.
De quibus agit D.Thom. hic quæst. 23.
art. I.

SECTIO I.

*Virum detur vera amicitia inter Deum,
& homines?*

SUP. 1, cum Aristot. lib. 4.
Ethic. cap. 8. Vulgariter
assignari triplex genus amicitiae iuxta
illis

triplicem differentiam boni; scilicet amicitiam utilem, delectabilem, & honestam. 1. Genere amicitiae amari solent mercatores. 2. Genere amicitiae amari solent pellex, & amissus: verum haec impropter significantur nomine amicitiae, cum vere sint affectus concupiscentiae. 3. Et verum amicitiae genus est, cum alterum amamus propter aliquid bonum naturale, vel supernaturale in ipso repertum, v. gr. quia beneficium, magnificentia, doctum, aut sanctum. *Sup. 2.* Amicitiam propriè sumptam dividi ab Arist. in amicitiam *equitatis*, & amicitiam *supereminencie*. Quae in excellentia consistit, ut amicitia Parentis ad filium; Senioris ad iuvenem; Principis ad subditos. Primam negat inter Deum, & homines lib. 8. Ethic. cap. 7. Secundam concedit hic, & lib. 10. Ethic. cap. 8. tam inter Parentes, & Filios, Reges, & subditos, quam inter Deos, & homines.

2. His suppositis, certum est contra Durand. in 4. dist. 49. quest. 4. cui aliquantulum fayet Scot. in 3. dist. 29. quest. 5. inter Deum, & hominem dari veram amicitiam. Ita Div. Thom. & communiter Theologi apud

Suar. disp. 8. Rip. disp. 30. Oviedo
controv. 1. Prob. Scriptura passim vo-
cat iustos amicos Dei. Iudicum 6.
Abraham Dei amicus effectus est. Psalm.
138. *Nimis honorati sunt amici tui Dens.*
Lucæ 2. *Dico autem vobis amicis meis.*
Ioann. 15. *Iam non dicam vos servos,*
sed amicos. Nunc sic : iuxta Aug. lib. 3.
de Doctrina Christiana, cap. 10. & 11.
Verba Scripturæ accipienda sunt in
proprio, & rigoroso sensu, si commode,
& sine absurdo intelligi possunt : alias
nihil certum sciri posset ex Sacra Scrip-
tura. Sed Scriptura vocat iustos *amicos*
Dei, & hæc verba intelligi possunt si-
ne absurdo de vera amicitia ; ergo iusti
verè sunt amici Dei. Prob. min. Trid.
fess. 6. cap. 7. dicens per susceptionem
gratiarum, *Homo ex iniusto fit iustus, & ex*
iniustico amicus, eodem tenore loqui ur-
de amicitia, ac de iustitia. Sed homo
per gratiam verè, & propriè fit iustus;
ergo verè, & propriè fit amicus.

3. Prob. 2. Iuxta Arist. 8. Ethica
cap. 8. D. Thom. quæst. 23. art. 1.
Amicitia est mutuus benevolentie amor,
sed inter Deum, & iustos datur mu-
tuus benevolentie amor ; ergo & ve-
ra amicitia. Prob. min. In primis inter
Deum,

Deum, & iustos datur mutuus amor,
per quem D. Thom. quæst. 23. art. 2.
& communiter Theologi intelligunt
non quamvis complacentiam, inclina-
tionem, aut benevolentiam, quæ sicut
cito suboritur, cito evanescit; sed amo-
rem fortèm, vi cuius amicus sit habi-
tualiter dispositus ad plura faciendum,
& patiendum pro alio. Sed inter Deum,
& homines datur hic amor: ergo &c.
Prob. min. Deus ita amat homines, ut
propter nos descenderit de Cœlis, &
passus sit mortem; & Proverb. 8. dici-
tur, *ego diligentes me diligo*, & Ioan. 14.
Qui diligit me diligitur à Patre meo:
Deinde iusti multa fecerunt, & passi
sunt pro Deo: ergo inter Deum, &
iustos datur mutuus benevolentiae
amor.

4 Explic. Aliqui negant esse simi-
pliciter necessarias ad amicitiam tres
conditiones, quas Arist. desiderat in
amicis, scilicet: *Quod mutuus amor non*
lateat: quod sit *bonorum communicatio*
quod inter egales intercedat: quia non
benè coherent, neque in una fide mo-
rantur Maiestas, & amor; sed etiam hæ
tres conditiones reperiuntur inter
Deum, & iustos, modo requisito ad
ami-

amicitiam : ergo &c. Prob. min. Hæ tres conditiones solum possunt requiri, ut existentes in actu primo, seu in causa: quatenus mutuus benevolentia: amor, in quo consistit amicitia, vel eas conditio nes supponat, vel eas pariat, hoc est vim habeat eas acquirendi. Sed in hoc sensu hæ conditiones dantur inter Deum, & homines: ergo &c.

5. Prob. mai. In primis conditio, *quod non lateat amor*, non est simpli citer necessaria ad amicitiam, ideoque eam prætermis sit D. Thom. hic; non semper requiritur, etiam ad amicitiam vulgarem, actualis notitia omnium se cretorum: quia non semper expedit omnia revelare, & amor queri non potest, quod non revelentur, quæ prud entia dictat esse celanda. Neque requiri tur notitia actualis amoris: quia non desinunt esse amici ex eo, quod ad res tractandas divertant. Vnde hæ conditio potius est effectus amicitia: quam principium; & casu quo sit principium, solum requiritur hæc notitia ad amicitiam omnino perfectam, quia amicus est alter ego; non vero ad veram, & propriam amicitiam, hinc patet inter Deum, & infantes baptizatos dari ve ram

nam amicitiam , eti non omnino perfectam : quia nesciunt secreta Dei. Inter Deum vero , & alios iustos datur perfectio amicitia : quia Deus scit horum amorem ; & hi eti non cognoscant certo amorem Dei ergo ipsos ; probabilitate illum coniectari possunt.

6. 2. Condicio *communicatio bonorum* , & si soveat , aut excitet amicitiam , semper quod possit amicitiam excitare , aut sovere ; frequenter est effectus amicitiae : & non requiritur communica tio omnium bonorum , nec communica tio actualis ; sed solum promptitudo animi ad communicandum , quae prud entia dictaverit. Neque requiritur unitas consilens in eo , quod amici sint concives , compatriotae , eiusdem conditionis , & status ; licet haec omnia conducant ad amicitiam excitandam , & sovendam ; immo ad excitandos affectus naturales maxime iuvant : quia cum affectus naturales sint quasi appetitus naturalis tendens in bonum proprium , ex hac unitate facile excita tur affectus inclinationis naturalis eis ga alterum ; at vero ad affectus electionis non est necessaria haec unitas quamvis , ut inquit Arist. 8. Ethic. 3. Tempore ,

& consuetudine opus est ad amicitiam.

7 Tertia conditio aequalitatis non est necessaria ad amicitiam supereminens, & dignationis, quæ datur inter Patrem, & Filium, Regem, & subditum, Deum, & homines. Et dum requiritur hæc æqualitas, non requiritur tanquam principium amicitiae; sed permittit esse effectum amicitiae iuxta Hieronym. in 7. Micheæ, *Amicitia pares aut accipie, aut facit.* Et dato quod requiritur tanquam fundatum amicitiae, solum requiritur æqualitas proportionis, seu Geometrica, qualis datur inter Patrem, & Filium, inter Deum, & Iustos: hi utique sunt Filii Dei. Assignari solet pro conditione amicitiae singularitas ex Ethic. 8. 10. quasi amicitia non possit esse cum pluribus; sed hæc conditio non est essentialièr requisita, & licet vulgariter ita accidat in hominibus, in quibus ex eo, quod non bene serventur leges amicitiae cum pluribus, dicimus moraliter non posse servari. Neustamen in communicatione donorum, & secretorum, absque alterius præiudicio, potest salvare leges amicitiae cum multis.

S Obijc. 1. Læcta Aristotel. 8.
Ethica.

Ethic. 11. Inter servum, & Dominum non potest dari amicitia. Sed homines sunt servi Dei : ergo &c. 2. De ratione amicitiae est , quod unus se habeat ad alterum ; sicut ad se ipsum : & hoc nequit accidere in Deo respectu hominum : ergo inter Deum , & hominem nequit dari amicitia. *Resp.* Aris. ibi dicere , *Ad servum hoc ipso , quod seruus est , non est amicitia ; sed secundum quod homo est , ubi non negatur amicitia inter servum , & Dominum ; sed solum negat amicitiam fundari in servitute.* Clarius resp. servitutem legalem , & despicabilem , & coactam communiter opponi cuim amicitia ; non vero servitutem honoratam , & voluntariam , al ligatam filiationi , & naturalem , quae datur in hominibus respectu Dei : opponitur communiter servitus legalis cum amicitia : quia amicitia debet vitare malum amici , & cum malum sit servitus legalis , amicitia , vel supponit ablatam , vel auferet servitutem ; si tamen dentur rationes prudentes , ne servitus auferatur , tunc coniungi poterit servitus cum amicitia ; at vero servitus naturalis creaturarum respectu Dei potius est ipsis bonum , quam malum .

Iam. *Ad 2.* Ad amicitiam requiritur, quod amicus se habeat ad alterum, sicut ad se, in quantum postulat prudentia, & ratio; & sic se gerit Deus cum hominibus: non vero omnino absolute loquendo.

9 *Obijc. 3.* Inter effectus amicitiae numerantur, conversatio, convictus, mutuus amicorum conspectus, quae non dantur inter Deum, & homines, saltim in via. *Resp.* cum Div. Thom. quæst. 23. art. 1. sicut amicitia admittit magis, & minus, idem admittunt eius effectus. Homines in via aliquando conversantur cum Deo per orationem, & considerationem; ad Philipp. 7. *Conversatio nostra in Cælis est*, & Deus conversatur cum hominibus per illustrationes. Deinde homines convivunt Deo: quia habent vitam filiorum, & consolationibus divinis pascuntur: daturque mutuus conspectus per speculum, & in enigmate; in Patria vero cum amicitia sit perfectior, sunt perfectiores eius effectus. Deinde non opponitur amicitiae non querenti qua sua sunt, voluptas illa, quæ suboritur ex affectibus amicitiae: quia hæc voluptas non intenditur ab amico; & licet inten-

tendatur; dummodo alter ametur sufficiētē propter ipsius bonitatem, talis intentio esset affectus amicitiae.

SECTIO II.

*Vtrum Deus possit amare creaturas
propter ipsas tanquam
motivum?*

10

HÆC quæstio necessaria est, ut sciamus, an amor, quo Deus diligit creaturest amor benevolentiae, & consequenter amicitiae? *Sup. 1.* Cum omnibus Theologis contra Smiling. tom. 1. tract. 1. disput. 3. quæst. 2. in Deo dari virtutes morales, quæ nec dicant, nec supponant imperfectionem, qua iher eam supponunt, vel dicunt *Obedientia*, *castitas*, & *pænitentia*. *Sup. 2.* Quæstionem non procedere, an Deus possit amare creaturest vnicè propter ipsas? Sed solum, an possit amare creaturest propter ipsas tanquam motivum, & specificativum extrinsecum amoris? Licet simul teneatur quodvis amare propter ipsum.

A Et Dup. est sententia. 1. dicit,

Deum

Deum non posse amare creaturas propter ipsas, tanquam proprie*ter finem cuius graria*; sed tantum tanquam propter finem cui. Vel ut se explicant. Effectus est propriè nos tanquam propter causam finalem; affectus verò non est propriè nos tanquam propriè causam finalem. Et sic intelligunt Div. Thom. 1. part. quæst. 19. art. 5. Deus vult, hoc esse propter hoc; sed non propriè hoc vult hoc. De qua infra. Ita Gonet disput. 10. de Charitate, Palanco quæst. 2. & communiter Thomistæ cum D. Thom. 1. part. quæst. 13. art. 2. ubi aperte eis favet. Etsi pro opposita sententia citetur lib. 1. contra Gentes, cap. 93. ubi dicit, *Deum dare propter bonitatem dationis.* Ex nostris Mol. Valenc. Arrub. Becano, Granados tract. 1. de Volunt. disp. 3. Ruiz disp. 3. de Volunt. Tannero, disp. 20. quæst 10. Quiròs tom. 1. disp. 72. sect. 2. Oppositum defendit Suar. Rip. de Fide, disp. 31. Ovied. contr. 5. de Charitate, punct. 2. Arriaga disp. 26. sect. 4. Aldrete disp. 3. de Incarnat. sect. 2. Ribad. de Volunt. disp. 53. cap. 2. Izquierd. disp. 32. de Deo, Hertera de Volunt. quæst. 7. sect. 2.

12 Dico , Deum amate iustos propter ipsos , ly propter denotante rationem motivi . Prob. Deus iuxta omnes contra Durandum , amat Iustos amore benevolentiae . Sed amare aliquem amore benevolentiae , est amare illum propter eius bonitatem , ly propter denotante rationem motivi : ergo &c. Prob. min. Motivum est distinctivum virtutum . Sed de ratione benevolentiae , ut distinctae ab alijs virtutibus est velle alicui bonum propter ipsum : ergo ly propter denotat rationem motivi . Mai. prob. ex Arist. 8. Ethic. 2. Cicer. 2. de finib. Aug. cap. 3. contra Iulianum sic siente , *Noveris itaque non officijs ; sed finibus à vitijs secernendas esse virtutes , & in Psalm. 31. Bonum opus intentione facit : non valde attendas quid homo facit ; sed quid cum faciat aspiciat .* Bernard. serm. 4. in Cantica , *Duo in intentione requiruntur , res & causa , id est , quid intendat , & propter quid .* D. Thoma. 1. 2. quæst. 8. art. 6. *Sicut actus externus accipit speciem ab obiecto ; ita actus internus ex fine .* Et quæst. 19. art. 7. ad 3. *Ad hoc , quod sit voluntas bona , requiritur , quod sic boni sub ratione boni , id est , quod velit .*

*bonum, & propter bonum. Vide plura
apud Izquierdo.*

13 Confirm. Iuxta illud. *Sicut se
habet simplicitè ad simplicitè, ita se
habet magis ad magis.* Sed de ratione
actus voluntatis prosecutivi est moveri
ex bono : ergo de ratione talis actus
prosecutivi est moveri ex tali bono, ut
distincto ab specificativo aliarum vir-
tutum : & si actus benevolentiae non
movetur ex bonitate amici, non move-
tur ex bono , ut distincto ab specifica-
tivo aliarum virtutum: ergo &c. Prob.
min. In eo differt amor benevolentiae
erga alterum ab amore concupiscentiae,
seu benevolentiae erga se : quod bene-
volentia erga alterum sittit in bonita-
te illius , tanquam in fine , & conse-
quentiè tanquam in motivo ; & bene-
volentia erga se appetit bonum , ut bo-
num appetenti , sibiendo in ipso : er-
go de ratione benevolentiae est velle
alicui bonum propter ipsum, ita ut mo-
veatur ex ipso tanquam motivo. Prob.
ant. Hominem amare alterum amore
benevolentiae , est amare illam prop-
ter ipsum tanquam motivum : ergo ab-
solutè amare aliquem amore benevo-
lentiae , est amare illum propter eius

bonitatem tanquam motivum. Prob: cons. Quia aliás esset diversa virtus benevolentiae in Deo; ac in creaturis, si quidem haberet diversum motivum.

14 Prob. 2. Eatenus Deus non amaret iustos propter ipsos ly *propter* denotante rationem motivi, quatenus nullus actus voluntatis divinæ posset habere pro motivo aliquid creatum: & plures actus voluntatis divinæ habent pro motivo aliquid creatum: ergo &c. Prob. min. Deus omnia ordinavit propter suam gloriam extinsecā: Deus omnia disposuit propter electos, & eorum salutem: Christus saltem, ut passibilis, decretus est propter nostram salutem. Sed hæc sunt quid creatum, & ly *propter* denotat rationem motivi: ne impropriè accipientur Scripturæ sine necessitate: ergo &c.

15 Prob. 2. eadem min. Iuxta omnes in Deo dantur virtutes morales, ut distinctæ à virtutibus Theologicis. Sed virtutes morales distinguntur à Theologicis in eo, quod motivum virtutis Theologicæ sit divinum; & motivum virtutis moralis sit creatum: ergo &c. Min. est vera respectu hominum, aliás in hominibus possent dari virtus,

tes morales habentes vnicē motivum
divinum. Prob. tamen absolute etiam
respectu Dei. Actus , qui moveretur
ex bonitate divina, non esset actus ami-
citiæ relate ad creaturas ; sed charitas
erga Deum : ergo si actus divinus mo-
veretur ex divina Deitate ad amandum
creaturas , ille actus non esset amicitiæ
erga creaturas ; sed charitatis erga
Deum. Antecedens prob. Quia moveatur
ex motivo charitatis.

16 Confirm. Ad contrahendam
honestatem alicuius virtutis , non suffi-
cit attingere materiam illius virtutis;
sed ulterius requiritur moveri ex fine
virtutis : ergo vt Deus habeat virtutes
morales , non sufficit attingere mate-
riam virtutis moralis ; sed ulterius re-
quiritur quod moveatur ex fine virtu-
tis. Antecedens prob. In eo differunt
vitia à virtutibus , quod ad contrahen-
dam malitiam alicuius vitij sufficit pro-
sequi illius materiam **ex quovis fine**; ad
contrahendam verò honestatem virtutis,
non sufficit attingere eius materiam;
si non sit **ex fine virtutis**: ergo &c.
Prob. ant. quoad secundam partem : si
ad contrahendam honestatem virtutis
sufficeret attingere materiam virtutis,

qui

qui succurreret pauperi ; necessario exercebat plures virtutes : quia erogatio elemosynæ est materia charitatis, liberalitatis , misericordiæ , &c. Sed est falsum : ergo &c. Confirm. ex Div. Thom. contra Gentes suprà , qui loquendo de liberalitate respectu Dei dicit : *Dare , non propter aliquod commodum ex datione expectatum; sed propter bonitatem dationis est actus liberalitatis : Deus igitur est maximè liberalis;* ergo iuxta D. Thom. ut Deus contra hat honestatem liberalitatis , movetur ex bonitate dationis, quod est creatum & non sufficit attingere bonitatem, dationis.

17. Prob. 3. conclusio. Eatenus Deus non amaret iustos propter ipsos ut motivum ; quatenus non haberent bonitatem sufficientem ad movendum ; & specificandum affectus prosecutivos divinos. Sed hoc est falsum : ergo &c. Prob. min. Peccatores habent sufficientem malitiam ad movendum Deum , ut illos puniat , & habeat odio proper illorum malitiam , & offendam activans ergo &c. Confirm. contra nostros Scientia media , & visionis movetur , & specificatur iuxta nos ab obiecto crea-

co : ergo actus voluntatis divinæ poterit moveri , & specificari ab obiecto creato : quia non facilè assignatur disparitatis ratio, Deinde omnipotentia connexa cum possibilibus extrinsecè specificatur à possibilibus : quid si actus voluntatis divinæ specificetur extrinsecè ab obiecto creato ? Hoc est, quod ex obiecto creato veniamus in cognitionem actus voluntatis divinæ. Vide plura disp. 3. de Bonitate, & mai-
litia.

§. I.

18. His rationibus varias parant solutiones Adversarij. Prima , quam Oviedo controv. 5. num. 15. iudicat omnium præcipuam, dicit , non deficerere benevolentiam Dei erga homines, et si Deus non diligit iustos propter ipsos ; sed propter se. Quia non est de ratione amicitiæ omnino præscindere à proprio commodo , si ab illo præscindi non potest ; ideo non est contra rationem amicitiæ delectabilitas , quæ sentitur in affectu amicitiæ ; sed solum est de ratione amicitiæ intendere bonum amici præscindendo à propria utilitate, in quantum possit. Sed Deus non

potest velle bonum creaturis propter ipsas; sed propter Deum: ergo non erit contra rationem amicitiae erga creaturas, Deum velle ipsis bonum propter se solum: cum vero homo possit velle amici bonum propter bonitatem amici, deficit ratio amicitiae, si non velit bonum propter amici bonitatem.

19 Hæc ratio benè probat, Deum excusari ab affectu amandi creaturas propter ipsas: sicut qui non potest satisfacere, excusatur à satisfactione; sed non probat, Deum habere amicitiam erga creaturas; sed potius non habere: quia non potest moveri ex motivo amicitiae, scilicet ex bonitate amici: sicut non potest habere virtutes humilitatis, obedientiae, &c. quia non potest moveri ex motivo se subiungiendi superiori, &c. Vel si potest habere virtutem amicitiae, quin possit moveri ex motivo amicitiae, similiter poterit habere virtutes humilitatis, obedientiae, &c. et si non possit moveri ex earum motivo: ergo casu quo Deus non possit amare creaturas propter ipsas, quod sequitur est, Deum non posse habere amicitiam erga creaturas, quia cum hæc virtus sit una in Deo, & creatis, debet

convenire in motivo , quod est bonum
amici.

20 Secunda solutio communis,
quam sequitur Palanco, dicit: Ad ami-
citiam sufficere , velle *amico* tanquam
propter finem *cui* totum commodum,
& utilitatem ; sive ex hac , sive ex illo
motivo : ergo cum Deus nullum com-
modum , aut utilitatem accipiat ex bo-
no volito iustis , totum commodum
vult iustis propter divinam bonitatem.
Contra. Quia, ut supra diximus, virtu-
tes non specificantur ab obiectis mate-
rialibus; sed à formalibus: nec ab obie-
cto *cui*; sed ab obiecto formalí motivo:
ergo cum obiectum formale amicitiae
sit bonitas amici, actus, qui non move-
tur ex bonitate amici , non est actus
amicitiae: aliás actus volens *amico* salu-
tem vnicè propter divinam gloriam es-
set actus amicitiae : quia totam utilita-
tem vult *amico*. Itaque in dicto caso,
iusti essent obiectum *cui* utilitatis ; non
finis *cui* affectus , seu amoris , ex cuius
bonitate moveatur : nisi forte pro fine
cui intelligas obiectum materiale *cui*,
non formale.

21 Tertia solutio dicit: Verum ef-
fec opponi cum ratione amicitiae , an*amico*
cum

cum amari propter aliud, quod non sit finis amici; secus amari propter aliud, quod sit finis ultimus amati. Prob. De ratione amicitiae est velle bonum amico: ergo non opponitur cum amicitia, quod magis auget bonum amici; sed amicum amare propter Deum, magis auget bonum amati: quia perfectio amati est ordinari actualiter in Deum, ad quem dicit ordinem, ut ad ultimum finem: ergo talis amor est amor amicitiae.

2. Non opponitur amicitiae virtuosae, quod est conforme virtuti, & rationi. Sed omnes amari propter Deum, est conforme virtuti, & rationi: ergo non opponitur amicitiae virtuosae. Ita Gonet disp. 10. de Charit. §. 3.

22 Hæc solutio non satisfacit, quia ex ea sequitur, homines posse habere honestatem amicitiae, & aliarum virtutum amando materiam illarum virtutum unice propter Deum: quia, ut ait, virtutibus moralibus, & earum materia benè est ordinari ad Deum, ad quem dicunt ordinem, ut ad ultimum finem: & nequit opponi pœnitentia, v. gr. quod est conforme rectæ rationi, scilicet eius materiam amari propter Deum: & consequenter virtutes mo-

rales poterunt habere vnicè motivum divinum. Deinde propter eandem rationem, Deus poterit habere honestatem humilitatis, obedientiæ, &c. volendo scilicet, & placendo in eius-materijs propter divinam bonitatem. Itaque aliud est, quod amari amicū propter bonitatem amici, & simul propter Deum non opponatur amicitiæ, & hoc est verum, propter rationem datam; aliud, quod non opponatur amicitiæ, amicum vnicè amari propter Deum, & hoc est falsum; quia amicitiæ opponitur, negativè scilicet, non moveri ex motivo amicitiæ; siquidem amicitiæ opponitur non amicitia. Sed actus, qui non moveretur ex bonitate amici, non moveretur ex motivo amicitiæ iuxta dicta: ergo actum vnicè moveri ex Deo opponitur amicitiæ.

23 Quarta solutio dicit: Ad contrahendam amicitiam sufficere bonitatem amici esse virtualiter, seu interpretative voluntati, quamvis affectus non moveatur ex bonitate amici. Ita Medina de Bonitate, & militia, quæst. 18. cap. 9. Vel, quod in idem recidit, sufficit, bonitatem amici esse directè amatam. Ita Salas tract. 7. disp. 2. Montesinos

disp. 47. quæst. 5. Lorca disp. 24. Inclinat Arriaga tom. 3. disp. 15. sect. 5. vel ut volunt SS. MM. & in idem recidit, sufficit amare amicum propter bonitatem amici, ly propter denotante rationem formaliter amatam; non rationem finis, seu motivi, quod ut explicient, addunt, habitus virtutum specificari ex motivis; non vero necessario specificari ex motivis actus virtutum; sed ad summum præcipui actus virtutum: vel illi, qui solum habent honestatem illius virtutis.

24 Hæc solutio videtur magis apparentis: contra tamen, ut supra vidimus ex Aug. Bern. & D. Thom. non solum ad habitus; sed etiam ad actus attendendum est ad motivum: ergo actus virtutis necessario debet specificari à motivo. Antec. verum aliundè, probat. Si in actibus virtutis non attenderetur ad motivum, sublevans miseriam pauperis, necessario exerceceret plures virtutes. Sed hoc est falsum: ergo &c. Prob. mai. Sublevare miseriam pauperi s'est materia liberalitatis, misericordiæ, iustitiæ, &c. Sed hæc materia esset directè amata, & consequenter ratio formaliter amatam à sublevante miseriam pauperis;

ergo

Ergo necessario exercerent has virtutes;

2. Iuxta hanc regulam, actus assentiens authoritati divinae propter argumenta credibilitatis esset fidei divinae. Prob. Sicut sufficit per vos ad virtutem voluntatis, quod materia virtutis se habeat tanquam ratio directe amata: ita sufficiet ad fidem, quod authoritas revelans se habeat tanquam ratio directe affirmata. Sed per dictum assensum authoritas revelans se haberet tanquam ratio directe affirmata: ergo &c.

25 Item: actus, qui ex motivo indifferenti amaret honestatem alicuius virtutis esset actus virtuosus: quod videtur falsum, praesertim iuxta SS. MM. negantes actus indifferentes in individuo, & asserentes esse positivè malos actus, qui moveantur ex motivo indifferenti. 3. detegendo meo iudicio æquivocationem. Dum dicas sufficere ad habendam honestatem virtutis, quod honestas virtutis se habeat tanquam ratio formaliter amata. Vel loqueris de tota honestate obiectiva virtutis, vel solum de materia, seu de obiecto materiali illius virtutis? Si de sola materia virtutis? Contra hoc urgunt immediatae dicta. Si de tota honestate obiectiva

Virtutis? Benè. Sed intendimus honestatem obiectivam virtutis consistere in motivo, ut tali propter dicta: ergo si actus non movetur ex motivo, non se habebit honestas virtutis tanquam ratio formaliter amata.

26 5. Solutio communis inter RR. Thomistas, dicit, Deum exercere virtutes morales, licet unice moveatur ex motivo divino: quia Deus eminenter, & virtualiter continet omnes virtutes morales: prout est ratio misericordie, continet honestatem misericordiae & sic de iustitia, & reliquis: Deus ergo prout continet honestatem misericordiae, poterit moveare actus misericordiae: & prout continet honestatem iustitiae, poterit moveare actus iustitiae; sic actus virtutum distinguerentur inter se, & a charitate, quae unice moveretur ex bonitate naturae divinae, aut integra divina bonitate.

27 Hæc solutio falso supponit solum bonitatem naturae divinae, aut integrum naturam divinam, esse motivum necessarium charitatis: cum sufficiat bonitas cuiusvis attributi ad movendum actum charitatis iuxta dicta disp. 1. Deinde ex hac solutione sequi-

tur, homines posse exercere actus virtutum moralium ex solo motivo divino, ut eminenter continent virtutem moralem. Deinde eodem iure possent ponи in Deo virtutes humilitatis, obedientiae, pœnitentiae, &c. quia Deus eminenter, & virtualiter continet has virtutes. Prob. hoc assertum. Quid intelligis per hoc quod est, Deum continere virtualiter virtutes morales? Si intelligis, Deum, ut causam primam, debere concurrere ad virtutes morales formaliter sumptas? Si hoc sufficit ad specificandum actus virtutis moralis in Deo, in Deo dabuntur virtutes humilitatis, obedientiae, &c. quamvis sine imperfectionibus, quibus reperiuntur in creaturis: quia ad actus harum virtutum concurrit Deus; immo principium creatum effectivum actus virtuosi poterit esse motivum specificativum talis actus: quia virtualiter continet talem actum.

28 Si per hoc quod est, Deum continere virtualiter virtutes morales, intelligas, Deum tantum valere, ac virtutes morales? Hoc est verum; sed non sufficit ad specificandum virtutes morales: quia gratia nos sanctificans tan-

etum valet, ac sublevatio miseriæ pauperis: & tamen gratia nos sanctificans non est motivum specificativum misericordiæ, quale est sublevatio miseriæ pauperis peccatoris. Si rursus intelligas, Deum posse contrahere formaliter virtutes morales, verum est: cæterum ne committas circulum, dum dicis, Deum continere virtualiter virtutes morales: quia potest eas contrahere formaliter, non debes iterum dicere, Deum posse contrahere formaliter virtutes morales: quia potest moveri ex se ipso, ut continent virtualiter virtutes morales; sed potius dic, Deum posse contrahere formaliter virtutes morales: quia potest moveri ex motivo creato, quod est motivum virtutum moralium.

29 6. Solutio dicit: Ad amicitiam requiri bonum amari propter amicum, ad hoc tamen sufficere, amicum esse finem boni amati, quamvis non sit finis amoris: & iustus est finis boni amati, quando Deus vult iusto bonum propter divinam bonitatem: quia hoc ipso ordinat bonum ad iustum; non est finis amoris, nec potest esse: quia ut ait Div. Thom, ad excusandum omnem influxum

creaturæ in divinos actus i. part
quæ sit. 19. art. 5. *Vult ergo Deus, hoc
esse propter hoc; sed non propter hoc vult
hoc*, quo nihil clarius pro dicta solu-
tione. siquidem clare agnoscit Div.
Thom: & distinguit finem boni amati à
fine amoris. Ita etiam Gonet suprà, &
Palanco suprà:

30 Fateor, unum posse esse finem
boni amati, vel potius terminus boni
amati, quin sit finis amoris; cæterum
hic modus in proprius finis non sufficit
ad specificandum actus virtutum, qui
ex veris finibus specificantur iuxta
Aug. suprà. Prob. Quando tota ratio
obiectiva, quæ assignatur pro amicitia,
est communis alijs virtutibus; non est
sufficiens ad contrahendam amicitiam
præ alijs virtutibus. Sed iuxta solutio-
nem, in Deo tota ratio obiectiva ex
parte motivi, quod est bonitas divina:
& ex parte obiecti materialis, quod est
bonum iusto, est communis alijs virtu-
tibus liberalitatì, misericordiæ, cha-
ritati, &c. ergo non est sufficiens ad
contrahendam amicitiam præ alijs vir-
tutibus. Prob. min. Si Deus exercenda
solam charitatem, vel liberalitatem da-
ret iusto beatitudinem, beatitudo

ordinaretur ad iustum: iustus esset finis
boni amati: collatio beatitudinis exige-
ret gratiarum actionem: ergo tota re-
tio obiectiva ex parte motivi, & obie-
cti materialis esset communis alijs vir-
tutibus.

31 Contra 2. Iuxta solutionem
quoties succurrimus pauperi propter
bonitatem divinam, exerceremus ne-
cessario virtutes misericordiae, liberali-
tatis, amicitiae, & charitatis, & Deus
etiam eas exercebat necessario. Sed hoc
est falsum: ergo &c. Prob. min. Quia
incredibile videtur, Deum non posse
velle bonum iusto, exercendo liberali-
tatem, & misericordiam, & non amici-
tiam.

32 Contra 3. Eatenus iustus non
posset esse *finis amoris*, seu motivum;
eatenus nihil creatum potest movere,
flectere, aut aliquomodo influere in di-
vinam volitionem. Sed hoc est falsum:
ergo &c. Prob. min. Preses Sanctorum,
Beatissimae Virg. merita Christi, ora-
tiones Ecclesiae expressè intendunt, &
petunt, quod Deus flectatur, & moveat-
ur ad miserendum, seu, ut dicis, quod
Deus misereatur, & conferat bonum.
Sed Deus non potest moveri ad confe-
De Sp. & Char.

rendum bonum , & miserendum , nisi
media volitione : ergo preces Sancto-
rum , &c. possunt movere divinam vo-
litionem.

33 Dicere autem cum Thomistis ,
preces Sanctorum moraliter influere in
divinam volitionem ; non tam en illam
movere , videtur implicatio in termi-
nis : quia finis , & consilium non aliter
moven t , nisi quatenus moraliter in-
fluunt (præscindendo modo à distin-
ctione inter causam motivam , & impul-
sivam , seu conditionem obiectivam) vel
saltem , si semel conceditur moralis in-
fluxus in divinos actus : quænam est dif-
ficultas in eo , quod concedatur motio ?
Quia tota Adversariorum difficultas ,
stare videtur in eo , quod aliquid crea-
tum influat in divinam volitionem .
Vnde D. Thom. solum intende e po-
test , nihil creatum esse veram cau-
sam , aut physicè influere in
divinos actus .



SECTIO IIJ.

Solvuntur argumenta.

34

O Bijc. 1. ex Montesinos; Si actus vnicè acciperet honestatem ex motivo; & non sufficeret, honestatem materialem esse formaliter amatam, sequeretur, quod, ceteris paribus, eligens actionem indifferenterem propter Deum àequè honeste operaretur, ac eligens martyrium. Sed hoc videtur falsum ex terminis: ergo ad contrahendam honestatem sufficit, bonitatem obiecti materialis esse direcè amatam, seu se habere ut rationem formaliter amatam. *Explic.* à SS. MM. Qui orat Sanctum propter Deum, non solum præstat obsequium Deo; sed etiam Sancto. Sed cultus Sancti solum se habet tanquam ratio formaliter amata: ergo qui propter Deum eligit materiam vnius virtutis præ alia v. gr. auditio nem Sacri præ studio, obsequium præ stat virtuti Religionis præ virtute studiositatis, & consequenter, apud illam merebitur, & contrahet honestatem illius virtutis.

35 Resp. frequentēr loquendo non eligi medium difficultius, & magis placens Deo propter Deum, nisi per intentionem magis intensam, ut quisque experitur. Similiter frequentēr loquendo, non eligitur materia vnius virtutis præ alterius materia, quia honestas illius virtutis sit etiam motivum, & simul medium; at vero si forte accideret, quod intentio in utroque casu esset æqualis, & quod vnicè moveret divina bonitas, quod raro accidet, æquè honestus esset aëtus eligens rationem indifferentem propter Deum, ac eligens martyrium. Similiter si forte accideret, eligi materiam vnius virtutis præ alia, & cultum Sancti, quin honestas illius virtutis, & cultus Sancti se haberent ut motivum, quod raro accidet; non contraheret honestatem illius virtutis, nec mereretur apud Sanctum. Dixi raro accidet, quia si rogaremur, cur eligimus hanc virtutem præ alia, & oramus hunc Sanctum præ alio, aliquam daremus rationem, quæ est motivum.

36 Obijc. 2. ex Medina, & Salas. Si ad contrahendam honestatem virtutis requireretur moveri, & attingere motivum virtutis, pauci aëtus virtutum

Exercerentur, præsertim à rusticis, qui intendunt audire Sacrum, & non curant de huiusmodi reflexionibus: ergo ad contrahendum honestatem virtutis sufficit materiam virtutis, & eius honestatem esse interpretativè, & virtuallè amatam, 2. Actus dandi elemosynam non esset honestus, nisi intenderet honestatem sublevandi misericordiam pauperis, quæ raro intenditur.

37 Resp. neg. ant. Quia frequentè exercentur eiusmodi actus ex motivo virtutum, et si reflexè non advertatur; si vero non moveantur ex earum motivo, non pertinebunt ad illas virtutes, neque contrahetur earum honestas. Ex quo patet ad secundum. Hinc sequitur, qui prævidet ex contione secundum magnum fructum, frequentè plus honestatis contrahit, quam quæ non prævidet: quia frequentè movesur ex illo fine. Et qui vrgente tentatione non consentit, frequentè mereatur: quia frequentè elicit actum positivum virtutis; si vero solum poneret puram omissionem peccati, non mereatur, vt communiter dicitur contra Ripald. Et qui pauperi dat, vt solvat paupertati, frequentè exercet virtus.

tem misericordiæ , & iustitiæ ; si vero non moveatur ex illarum motivis, non contrahet earum honestatem. Vide Suarez de Bonitate , & malitia , disp. 5. sect. 2. & quæ diximus disp. 3. de Bonitate , & malitia .

38 Obijc. 3. Obiectum motivum est causa , vel principium actus , & ratio à priori existendi actum : quia movere actum , est actum causare , seu producere , sicut esse motivum est esse productum , aut causatum. Sed actus divini , ut pote incausabiles , non possunt causari à creaturis : ergo neque possunt moveri ex bonitate creaturarum. Confirm. Motivum est finis actus , sive moveat ut strictè finis , scilicet , ut sit ; sive ut minus propriè finis , scilicet , quia est . Sed finis est vera causa actus : ergo si creatura est motivum actus divini , est causa actus. Explicat. Obiectum formale tale dicitur , quia veluti forma extrinseca format actum . Sed formare actum est in illum influere ; quia si in illum non influit , neque eum format , quomodo dicitur forma actus ? Ergo si creatura est obiectum formale actus divini , influit in actum divinum : quod videtur impossibile.

39 Ad hanc obiectionem varie respondent AA. alij absolute negant obiectum motivum respectu cuiusvis actus divini; & in nobis solum concedunt motivum respectu actus fidei. Ita apud Gasp. Hart. disp. 2. de Scientia in proœmio, & 1. de Fide in proœmio. Rip. verò disput. 31. num. 10. Ovied. controv. 5. num. 20. Quirds disp. 72. de Volunt. Ribid. disp. 23. de Volunt. Herreta quæst. 7. de Voluntate, num. 52. dicunt, ad rationem obiecti motivi non exigi, quod influat in actum, sed sufficere, quod sit terminus per ordinem, ad quem cognoscatur species, & perfectio actus: quod explicant: quia amor, quo Deus se amat, movetur ex divina bonitate, & divina bonitas non influit in actum necessarium. Omnipotentia specificatur extrinsecè a possibilibus, & possibilia non influunt in omnipotentiam.

40 Alij ad rationem motivi exigunt influxum saltem virtualem in actum; non verò influxum realem formalem, neque influxum principijs physiè influivisi; neque immediate, & per propriam virtutem influxivi, sed solum moraliter, & virtualiter influxivi,

& media cognitione. Si enim de ratione
motivi physici est immediata, vel
media specie physicè influere; nisi for-
tè alienentur termini, motivi physice,
ut eos videntur alienate Ribad. & Her-
xera dicentes, *Vnam entitatem posse*
physicè immediatè mouere se ipsam, ut
existat, & secundum idem esse, quæ
locutio admissi non debet: quamvis
verum est, vnam rem esse à se identicè:
Hoc ergo de ratione motivi physici
est immediata, vel media specie physi-
cè influere: ita de ratione motivi in-
tentionalis est vere, & propriè influ-
re media cognitione iuxta D. Thom. I.
contra Genes. cap. 7. *Principale volitum*
est causa volendi: si igitur aliquid aliud
velit Deus principaliter praeferre ipsum,
sequitur, quod aliquid sit causa volendi.
Sed suum esse est suum velle: ergo aliquid
esse causa essendi. Vbi quidquid sit de
consequentia: assertit motivum vere, &
propriè influere in actum. Ita Izquier-
dio disp. 23. de Scientia, num. 174. &
disp. 31. num. 33. & SS. MM. Respe-
ctu verò actus, qui non distinguitur
virtualiter ab obiecto, non concedunt
motivum: neque respectu actus, qui
non distinguitur virtualiter à voluntas

re , si sit actus voluntatis : & ab intellectu , si sit actus intellectus .

41 Ceterum sicut h̄i AA. sententiam sequuntur medium inter negantes motivum respectu actuum divinorum : ita mihi placeret sententia media integrum omnino negantes necessitatem influxus ad rationem motivi , & inter adstruentes necessarium verum , & proprium influxum virtualem ad rationem motivi . Itaque dico : Ad rationem motivi requiri influxum , influxum virtualem , si actus distinguitur virtualiter ab obiecto , & potentia ; & influxum per rationem , si actus distinguitur solum per rationem : sic enim salvatur authoritas D. Thom. & quod motivum sit ratio obiectiva essendi actum : & quod sit obiectivè prius actu : & quod moveat actum , virtualiter , vel per rationem : sicut ita praecedit potentia ad actum , quando non distinguitur ab illo virtualiter ; sed solum per rationem .

42 Ad argumentum respondeo : Motivum actus divini distincti virtutis , sicut à potentia , esse principium virtualiter influens in actum obiectivè , & intentionaliter ; quia influit media cognitione , & potentia , quæ solum virt

tualiter distinguntur ab actu; motivum
verò dictum non esse causam proprie-
tatem actus divini: quia de ratione
causæ sumptæ sine restrictione, est rea-
litas formaliter influere tanquam prin-
cipium physicum: in quo sensu actus
divini sunt inconcebiles: cum nihil sit,
quod realiter formaliter, & per mo-
dum principij physici, physicè influat
in actus divinos: & in eodem sensu su-
præ dicto motivum est finis actus, cau-
sat actum; quia non est de ratione om-
nis finis realiter formaliter causare;
imò neque virtualiter, saltem dum fi-
nis causat, *quia est.*

43 Quod verò attinet ad specifica-
tionem extrinsecam, fateor sufficere,
quod se habeat ut terminus, per quem
cognoscatur perfectio, sicut omnipo-
tentia specificatur à possibilibus; at ve-
rò ad specificandum actum per modum
motivi, requiritur aliquis influxus pro-
portionatus actui, motivo, & potentiaz
juxta dicta. De motivo scientiaz con-
tingentis, v. gr. de existentia mundi est
major difficultas: quia cum mundus
immediate moveat scientiam, non so-
lum virtualiter, sed formaliter influet
in illam. Non renuit sequellam Izquier-
do;

eo; sed cum motivum concurrat medio intellectu divino, solum virtualiter distincto à scientia, satius videtur, motivum solum influere virtualiter in scientiam sicut influit intellectus: quia actus divini iuxta omnes sunt in causabiles, quod ad minus petit, non solum physicè activè esse realiter formaliter incausabiles; sed etiam obiectivè, & moraliter realiter incausabiles.

44 Ad alia nota, motivum creatum specificare actus divinos quoad terminationes contingentes: ex quo non sequitur tales actus esse imperfectos, finitæ perfectionis, aut inæqualis perfectionis: quia actus non commensurant suam perfectionem cum principio, & motivo inadæquato; sed cum adæquato; cum ergo Deus etiā illa, quę amat proper motivum creatum, debeat amare propter motivum divinum, ut dicemus scđt. seq. hic est, omnes actus divinos, et si divisibiles fore æqualis perfectionis.

45 Deinde non sequitur, motivum creatum, quod est finis actus divini, esse centrum divini actus: quia centrum est, quod appretiatur super omnia. & in quo ultimo quiescit actus, & eliciens actum: Deus autem dum moverit ac

motivo creato , non illud appretiat suę
per omnia , neque in illo ultimo quies-
cit : quia ille actus , ut dicemus , simul
debet amare D eum propter ipsum .
Creatura tamen , et si eius actus ultimo
sisteret in honestate creata , quin habe-
ret motivum increatum , non operare-
tur imperfectius : neque respiceret tan-
quam centrum honestatem creatam :
quia non appretiaret illam super omnia .

46 Obijc. ex Quiròs , Deus non
potest amare creature , nisi propter
ipsum : *Prob.* Iuxta communem senten-
tiam Deus necessario amat creature
possibles . Sed impossibile videtur ,
Deum esse necessitatum ad amandum
creature propter ipsas : ergo . 2 . Iuxta
hanc sententiam amor Dei circa crea-
ture possibles est necessarius . Sed pos-
sibilis est amor Dei circa creature pos-
sibles vnicè propter Deum , vt videtur
patere : ergo omnis amor Dei erga
creature possibles debet esse vnicè
propter Deum . 2 . Quod solum est ama-
bile , ut *conveniens nobis* , solum est
amabile propter nostram bonitatem :
quia hoc ipso denotatur non habere
amabilitatem , nisi induatur nostra bo-
nitate . Sed creature solum sunt amabi-

Ies; ut convenientes Deo: quia solum sunt amabiles, ut honestæ, qua ratione formaliter dicunt convenientiam cum Deo ultimo fine: ergo solum sunt amabiles à Deo propter Deum.

47 Argumentum falso supponit: Deum necessario amare creaturas possibles: quod absurdum suadent prima probatio, & secunda, si quid suadent. *Resp.* dist. mai. assumpti: Deus non potest amare creaturas, nisi propter ipsum, ut motivum non unicum, permit. mai. ut motivum unicum, neg. mai. Quia creature habent sufficientem bonitatem, ut amentur propter ipsas; at vero cum amor Dei sit infinite perfectus, idem amor debet amare Deum, ut dicemus. *Ad 3.* neg. mai. Quia bonum relatum, ut relatum habet sufficientem bonitatem; ut ametur propter se: alias, ut diximus, omnes virtutes morales essent Theologicæ: quia habent motivum divinum, & finis qui non posset amari propter se, sed solum propter Deum finem cui, & consequenter non esset finis qui, sed propter finem cui.

48 Insistit: Amor creaturarum propter ipsas augeret accidentaliter, &

extensivè gloriam intrinsecam Dei. Sed Deus ut potè necessario summè felix, & contentus, non potest accipere gloriam intrinsecam à creaturis : ergo non potest amare creaturas propriei ipsas. Prob. mai. Quia ille amor esset complacentia intrinseca Deo , reddens Deum feliciorem. 2. Amor creaturarum non esset propter creaturas , vt est amor necessarius ; non ut est amor contingens : ergo nullo modo potest esse propter creaturas. Prob. ant. quoad secundam partem , quia amor creaturarum , vt contingens , nullam dicit perfectiopem , ideoque non habet rationem amoris , & honesti , quæ sunt perfectio.

49 Resp. Amorem creaturarum propter ipsas augere extensivè , & accidentaliter gloriam intrinsecam Dei: in quo nullum est absurdum : quia etiam attributa augent extensivè beatitudinem infinitam Dei ; & quidem Deus gaudet de nostris bonis operibus , sive ex hoc , sive ex illo motivo , & contingentiter gaudet : quid ergo dicis de hoc gaudio ? Auget extensivè gloriam intrinsecam Dei ? Vel non ? Si primum? Cum creaturæ se habeant ut obiectum

materiale gaudi ; quid quod se ha-
beant , ye obiectum formale?

50 Ad secundum dubitari non po-
test , Deum amare creaturas contin-
genter ex hoc , vel illo motivo : vnde
manet eadem communis difficultas , an
Iy amare contingenter dicat perfectio-
nem. *Resp.* Amorem illum contingens
quoad terminationem dicere perfe-
ctionem : quia , vt talis est vitalis , ho-
narus , & potens identificari cum Deo:
ex eo autem quod hic amor , vpoie
contingens , deficiat virtualiter , solum
sequitur , quod hæc perfectio formalis
deficiat virtualiter , seu quod hæc com-
mutetur in alias perfectionem forma-
lem , scilicet in actum oppositum : vn-
dè Deus non est magis perfectus , exi-
stente , quam deficiente hoc numero
amore ; sed diverso modo perfectus.

51 Obijc. 5. Obiectum motivum
est obiectum primarium , & principale.
Sed respectu Dei solus ipse Deus est
obiectum primarium , & principale:
ergo solus Deus potest esse motivum ,
dicit. mai. Motivum est obiectum pri-
marium , & principale relatiè ad obie-
ctum formale , neg. mai. Quia non re-
pugnat vnum motivum primario , &

prin-

principalius respici ab actu; quam
aliud, dum ambo attinguntur: sicut
accidit in objectis materialibus, cum
enim adoratur Christus, principaliter
respicitur divinitas, quam humanitas
per illum actu.

52 Obje. 6. Ut actus sit bonus, &
perfectus, petit quod non moveatur ex
motivo malo, etiam in consortio mo-
tivi boni: ergo ut actus Dei sit infinitè
perfectus, petit quod non movea-
tur ex motivo imperfecto, etiam in con-
sortio motivi infinitè perfecti. Confir-
mat Izquierdo disp. 32. num. 33. Actus
Dei, qui solum tenderet in creaturam,
esset imperfectus: ergo & actus, qui
simul tenderet in Deum, & creaturam.
Prob. cons. Primus actus vel esset ma-
lus, quia tenderet in creaturam, & sic
etiam secundus esset imperfectus, vel
esset malus, quia non respiceret Deum;
& sic secundus prout respicit creatu-
ram esset malus, quia ut talis non res-
picit Deum. Deinde ex genere, & ob-
jecto perfectior est actus unice respi-
ciens motivum omnino perfectum;
quam actus respiciens simul motivum
perfectum, & imperfectum.

53 Resp. conc, ant, neg. cons.

Quia

Quia cum malum ex quocumque defeat
actus, actus, qui moveatur ex motiva
malo, erit malus, etiam si moveatur ex
motivo bono; & consequenter non erit
bonus: quia per se loquendo, actus non
potest simul esse bonus, & malus; at ve-
rò unum motivum esse minus perfe-
ctum, seu negativè imperfectum; non
impedit aliud motivum infinitè perfe-
ctum communicare actui infinitam per-
fectionem: sicut dum concurrunt intel-
lectus cum lumine ad visionem, visio
evadit, æquè supernaturalis, ac lumena

54 Ad explicationem, conc. anti-
neg. conseq. Ratio est: quia actus, qui
unicè moveretur ex creatura, non esset
infinitè perfectus, eo quod non move-
retur ex motivo potente communicare
infinitam perfectionem: qui verò simul
moveretur ex creatura, & Deo, esset
infinitè perfectus: quia moveretur ex
motivo potente dare actui infinitam
perfectionem. Ad prob. dico: Actus
solum respicientem creaturam esse im-
perfectum: quia non respicit Deum: &
actus respiciens Deum, & creaturam
esset infinitè perfectus, quia perfectio
actus non cognoscenda est ex obiecto
inadæquato; sed ex obiecto adæquato;

sicut non cognoscitur ex solo prædicato generico; sed ex generico, & specifico. Itaque talis actus, prout respicit creaturam præscindit ab esse summè perfectum: quia formaliter, præscindit ab eo, quod simul terminetur ad Deum: sicut actus ex prædicato generico præscindit ab esse summè perfectum, vel non: & similiter Deus præscindit ex prædicato *emittere* ab esse infinite perfectum.

55 Neque ex genere suo est perfectior actus vnicè respiciens motivum divinum, quam actus simul respiciens motivum divinum, & creatum appetiendo, ut sufficiens, notivum divinum propter rationem datam; potius foris alicui apparebit perfectior actus respiciens duo obiecta bona, etiam inæqualia, quam actus vnicè respiciens vnicum obiectum, et si perfectius.

56 Obijc. 7. ex Izquier. num. 34. & 51. Qui intendens Deum exercere charitatem, & virtutes morales; sed per actus diversos, & independentes inter se, sic arguit. Deo tribuendus est ille actus amicitiae, qui maiorem perfectionem dicat ex sua specie. Sed ex specie sua perfectio, & magis sincera est amicitia, quæ vult bonum amico vnicè propria

propter amicum; quam quæ simul vult propriam convenientiam, ut patet: et go actus amicitiæ non movetur simul ex D^o. Similiter arguit de actibus aliaq; rum virtutum. *Resp.* conces. mai. dist. min. Perfectior est amicitia, quæ vnicè vult bonum amico propter ipsum in creatis, conc. min. frequenter loquendo; in Deo, neg. min. & conseq. Disparitas est: quia cum creaturæ sint validè indigentes, & in se possint impendere bona, quæ alijs tribuunt: & virtus finita dispersa, sit minus fortis, frequenter accidit, quod creatura magis se diligens, & proprium commodum, minus querat bonum amici, & minus illum amet; at verò cum amor Dei erga creature, non minuatur ex eo, quod se amet: neque minuetur eius beneficentia; immò amor sui provocat ad benefacientium creaturis, vnde non est cur ex amore sui decrescat amicitia erga creature.



SECTIO IV.

*Verum Deus possit amare creaturas unde
cō, & adaequatē propter
ipfas?*

37 **S**up. communem sententiam dicere contra Ribad. dis-
put. 23, de Voluntate, à num. 10, me-
dium, *ut medium*, non esse obiectum
formale voluntatis; Proponam rationes,
nihil dicendo, quia et si apparentes sint,
nescio, an sint satis efficaces, & ad præ-
sentem quæstionem fortè non est neces-
saria decisiō. Prob. 1. Quia omnes au-
thoritates loquentes de actibus volun-
tatis dicunt, finem esse obiectum for-
male, & medium, *ut tale* obiectum ma-
teriale; è contra in intellectu finis, qua-
lis est conclusio, est obiectum materia-
le, & medium scilicet præmissæ obiec-
tum formale. Sanè in modo discurren-
di P. Ribad. nullum est obiectum ma-
teriale voluntatis, quod non sit forma-
le, siquidem si aliquod, maximè me-
dium, *ut tale*.

38 2. Illud est obiectum formale;
quod amatur propter se. Sed medium

ut tale non amatur propter se; sed propter aliud: ergo non est obiectum formale. Prob. min. Id amatur propter se, quo obtento, quieta manet voluntas in vi praesentis dispositionis, & affectus: hoc enim videtur significari proloquiū illud commune, voluntas sifit in fine, & in hoc sensu est verum, obiectum formale esse rationem, quam daret, si rogaretur, cur amat? Quia scilicet obtenta, quieta maneret in vi praesentis affectus. Sed voluntas obtento medio, ut tali, non manet quieta, in vi praesentis dispositionis, & affectus: quia in vi talis dispositionis, & affectus tendit ad aliud: ergo medium, ut *tale*, non amatur propter se, neque est obiectum formale. *Expl. 1.* Illud est obiectum formale, quod propter se placet, ideoque amatur propter se. Sed medium, ut *tale*, non placet propter se; imo sāpē ex se est displicens, & acerbum: ergo non est obiectum formale.

59 Dices cum Ribaden. Illud est motivum electionis, quod est ratio, quam daremus, si rogaremus, cur eligis hoc medium. Sed redderemus proportionem utilitatem: ergo haec est motivum electionis. *Resp. dicit. mai.* Quod

claremus pro ratione, qua obtenta, in vi
præsentis affectus quieta maneret vo-
luntas, conc. alitèr, neg. Quia hoc se-
cundum solum probat utilitatem esse
conditionem obiectivam, adeòque ra-
tionem à priori, ut eligatur; non vero
motivum.

60 Insistit 2. Intendens Deum de-
bere amare creatureas propter ipsas,
quoties eas amat propter ipsum, sic: ob-
iectum formale amoris, quo amamus
creatureas propter divinam bonitatem,
est ea bonitas, qua creature redduntur
bonæ relatiæ ad divinam bonitatem. Sed
creature per propriam bonitatem sunt
bonæ relatiæ ad divinam bonitatem; er-
go per dictum amorem amantur crea-
ture propter ipsas. Mai. est certa: quia
sicut obiectum materiale est bonum, ita
obiectum formale est bonitas, qua con-
stituitur bonum. Resp. dist. mai. quam
concedunt de bonitate intrinseca, vel
extrinseca creaturarum relatiæ ad divi-
nam bonitatem, quæ bonitas extrinseca
est Dei bonitas; & negant determinate
loquendo de bonitate intrinseca, quæ
identificatur cum creaturis.

61 Sup. 2. Omnes actus voluntati-
bis divinæ esse æqualiter perfectos. Est

contra Herice , qui tom. I. in 3. part. non solum concedit , actus divinos esse *inequaliter* perfectos vt ita salvet laudabilitatem; sed etiam attributa divina: quia in Deo dantur rationes primariae, & secundariae ; ideoque natura divina, quæ est ratio primaria , est perfectior carteris perfectionibus, quæ ipsam consequentes, dicuntur secundariae; verum quod attinet ad attributa communior sententia est , esse æqualia in perfectione , quod probat Lugo disp. 2. de Incarnat. à num. 76. quia omnia attributa sunt *realiter* identificata , & si quæ distinguuntur *virtualiter*, distinctio virtualis non est in ordine ad hoc, vt unum sit perfectius alio : quia hoc nec fides docet , nec ratio naturalis convincit. Imò ut verius iudico , relationes sunt æquè perfectæ , ac essentia : prioritas namque originis non semper dicit prioritatem dignitatis, & multo minus prioritas per rationem. Decreta contingencia, ut talia , cum sint *virtualiter* defecibilia , sunt *virtualiter* minus perfecta. Imò censet Izquierdo de constitutivo decreti liberi , esse *virtualiter* imperfecta. Quid vero attinet ad æqualitatem actuum liberorum divinæ voluntatis,

satis , affirmativa est communior sententia, quamvis probationes sint diversæ , ut postea videbimus. Modo satis erit dicere , laudabilitatem Dei rectè salvari per dissimilitudinem actuum, quamvis in perfectione æqualium , & æqualitatem actuum statueret , eo quod quivis sit infinitè perfectus in honestate.

62 Sup. 3. Non bene salvari actus divinos esse æquè formaliter honestos, quia sunt actus Dei infinitè sancti , & honesti, quod attributum omnes perfectiones Dei , & actus debet transcendere. Ratio suppositionis est: quia hoc saluum probat , omnes actus Dei propter sealem identitatem cum Deo esse materialiter , & obiectivè summè honestos; non verò , quod sint formaliter summè honesti: itaque quivis ex his actibus divinis poterit movere ad actum , qui formaliter sit honestior suo obiecto : sicut actus fidei obscurus potest cognosci per actum scientiarum clarum. Vel ad summum actus esse Dei summè Sancti, arguit quidem , actus Dei habituros prædicata per quæ formaliter sint summè honesti ; non verò quod per hæc, esse actus Dei summè honesti solum , constituantur in esse formaliter summè honesti.

nesti , cum honestas formalis actus pro-
veniat ex motivo , & libertate , & in-
tensione actus , quod ut pateat hinc
Deum amare se propter se ipsum , actu
tamen non appretiante Deum , qua-
ntum mereretur : utique hic actus esset
Dei , & tamen non esset *formaliter*
summè honestus.

63 Explicat. In communi senten-
cia dicente , peccatum non esse *simpliciter*
in infinitum , in qua , etsi obiectum
offensum per quamvis offendam sit
Deus , tamen una offensa est gravior
alia , quia gravitas non commensura-
tur præcisè cum obiecto offenso ; sed
etiam cum libertate , cognitione , &
connatu : cum ergo honestas actus non
commensaretur cum solo principio ; sed
præcipue cum motivo , non ex eo , quod
origitur à principio *infinite* honesto , se-
quitur , actum esse *infinite* honestum. E
contra accidit in valore meritorum , qui
præcipue sumitur , & omnino commen-
suratur cum persona significante , ideo-
que omnia Christi merita sunt infinita.
Et idem accidit in perfectione physica
actus intellectus diviri , in qua sunt
æquales , quia eorum perfectio consistit
in claritate , & certitudine , quæ tota
summi-

sumitur ex principio. Et similiter in perfectione phytica actus voluntatis Dei , in qua actus efficax , & inefficax sunt æquales , quia eorum perfectio sumitur ex principio ; at verò honestas moralis ex dictis præcipue sumitur ex fine.

64 Ex his etiam patet contra Oviedo , non bene constitui æqualitatem actuum Dei in eo , quod amor contingens mundi , v. gr. *realiter* identificetur cum amore necessario , quo Deus se amat : quia hoc solum probat , quod *prout necessarius* , est formaliter summè honestus ; non verò *prout liber* : sic enim solum erit materialiter , & obiectivè summè honestus. Neque rectè probatur æqualitas actuum liberorum ex eo , quod actus necessarius , quo Deus se amat , sit principium , & constitutat libertatem ad actum liberum : quia , ut diximus , perfectio moralis non commensuratur cum principio : ex hoc ergo capite erit actus liber *infiniè* liber , *infiniè* moralis , seu imputabilis , quæ sunt perfectiones physicæ ; non verò *infiniè* honestus , quæ est perfectio moralis.

65 Sup. 4. Quidquid sit an Deus
alibi

met *creaturas propter se ipsas* : de fa-
cto eas etiam amare propter se ipsum,
ut constat ex Proverb. 16. *Universa
propter semetipsum operatus est Deus*, ex
Apoc. cap. 1. Ego sum principium, & finis,
ex Diophy. cap. 4. de Divinis nominibus,
*ybi Deum vocat finem, in quem omnia
convertantur, & in quem converti-
petunt, & appetunt, & propter quem
illa facit : sic enim ait, *Omnia, que sunt,
& sunt, pulchrum, & bonum sunt, &
sunt ipsius gratia.* Deinde divinum
amorem vocat, *circulum sempiternum
ex bono, in bono, & ad bonum.* Vide plu-
ra apud Rip. Deinde haec est commu-
nis sententia PP. & Theolog. à qua si-
ne gravissimo fundamento recedere
non licet.*

66. His suppositis, *Prima sent. te-
net*, Deum posse amare *creaturas ade-
quatè propter ipsas*, ita ut unicum mo-
tivum diligendi *creaturas sit bonitas
creata.* Ita Ovied. hic controv. 5.
num. 18. Izquierdo, & Herrer. supra,
Herice disp. 15. Torres hic disp. 66.
dub. 2. *Secunda sent.* dicit, Deum non
posse amare *creaturas adaequatè propter
ipsas*; sed illum amorem debere simul
moveri ex bonitate Dei. Ita omnes

Thomistæ absolute loquendo; & cum addito simul propter Deum, Petrus Hurtad. disp. 121. sect. 6. Ribad. supra, Rip. verò disp. 31. num. 19. assedit, amorem creaturatum debere moveri sicutem *extrinsecè* ex bonitate Dei, & hoc sufficere, ut amor creaturatum specificetur à bonitate divina tanquam ab obiecto formalis.

67 Dico 1. contra Rip. Quamvis verum est, quod actus, quo amantur creaturæ *extrinsecè* sit propter bonitatem divinam, quia necessario supponit amorem necessarium Dei erga se ipsum, tamen non sufficit, quod actus, quo amantur creaturæ sit *extrinsecè* propter bonitatem divinam, ut specificetur à bonitate divina, tanquam ab obiecto formalis. Prob. Actus solum specificatur ab illo obiecto, quod amat propter se. Sed actus, qui solum movetur *extrinsecè* à bonitate divina, non amat bonitatem divinam propter se, neque aliter; sed solum supponit illud amatum per alium actum: ergo actus, qui solum *extrinsecè* movetur à bonitate divina, non specificatur ab illa, tanquam ab obiecto formalis. Prob. mai. Non est obiectum formale actus id,

quod

quod *verè*, & *propriè* non est obiectum actus. Sed bonitas divina non amata per hunc, sed per aliud actum, non est *verè*, & *propriè* obiectum huius; sed alterius actus: ergo neque obiectum formale. Vnde et si conclusio supponat *essentialiter* præmissas, si supra illas non reflectit, præmissæ non erunt obiectum formale, quamvis aliquomodo influant in conclusionem: & si electio non respiciat *intrinsecè* finem, quamvis supponat *essentialiter* intentionem, non erit formalis electio.

63 Dico 2. Creaturæ possunt esse adæquatum motivum illas diligendis
Prob. 1. Ut amor, quo Deus amat creaturas sit amor amicitiae, vt supponimus, debet respicere bonitatem creaturarum, tanquam motivum sufficiens amoris divini: quia nulla virtus, neque fides, &c. specificat actum, si per actum non appretiatur eius motivum tanquam sufficiens. Sed non appretiatur bonitas creaturarum tanquam motivum sufficiens amoris divini, si non possit dari amor divinus, qui unicè moveatur ad illas amandas proprietates ipsas: ergo ut amor, quo Deus amat creaturas, sit amor amicitiae, necessaria-

rium est, quod Deus possit eas amare vnicè propter ipsas. Min. patet: quia si non potest amari à Deo vnicè propter ipsam, quomodo appretiabitur tanquam sufficiens ad amandum? Sanè actus, qui simul moveretur ex motivo scientiæ, & ex alio motivo fidei, non appretiaret motivum fidei tanquam sufficiens, si prout est assensus fidei, non quiesceret in motivo fidei, illud habendo tanquam rationem sufficientem credendi.

69 2. Deus potest odio habere peccatum vnicè propter eius malitiam et si ille actus simul sit amor Dei propter ipsum: ergo poterit amare creaturas vnicè propter ipsas. Item: Deus magis placet in creatura perfectiori, quam in minus perfecta, quæ complacentia, ut potest affectus simplex, forte vnicè inovetur ex bonitate creaturarum: tendit enim affectus simplex in obiectum, quasi in prima principia, quibus propter ipsa assentimur: aut faltem non est, cur vnicè moveri ex illa non possit, detur proportio: Adde, scientiam medium vnicè moveri ex obiecto creato: cur ergo non poterit moveri vnicè ex obiecto creato actus amandi creature?

Dico

70 Dico 3. Amor , quo Deus amaret creatureas propter ipsas , ut virtualiter distinctus ab amore necessario , simul amaret libere Deum propter ipsum. Prob. Amor ille , ut virtus littere distinctus ab amore necessario (si quidem dicit perfectionem) est formaliter , & non solum materialiter infinitè honestus : quia omnes actus Dei debent esse aequales. Sed non esset infinitè honestus formaliter , si non moveretur ex motivo summe , & infinitè honesto ; ergo moveretur ex motivo infinitè honesto ; non ad amandum creatureas , quia ipsa sunt motivum sufficiens : ergo ad amandum se propter ipsum. Prob. min. Etsi honestas formalis actus non commensuratur cum solo motivo ; sed etiam cum intensione , connatu , & libertate : ideoque possit dari actus circa motivum perfectius minus honestus formaliter , quam actus circa motivum minus perfectum ; tamen ceteris paribus , actus respiciens perfectius motivum honestior est , quam actus respiciens motivum imperfectius : ergo actus amans creatureas vnicè propter ipsas , non esset infinitè formaliter honestus , ut virtualiter distinctus ab amore necessario , si

non moveretur ex motivo summè, & infinitè honesto. Hinc collige.

71 Quomodo actus efficax, & inefficax erga creatureas sint in Deo æquè perfecti, & honesti formaliter, quia scilicet Deum summè amant, & cum summa intensione, & deliberatione. Item quod actus amans creatureas propter ipsas vnicè, formaliter ex hoc titulo præscindit ab esse summè perfectus, quod etiam concedit Oviedo nobis contrarius supra num. 51. est ergo infinitè perfectus, quia amat se propter ipsum, quod motivum æquivalenter continet motiva omnium virtutum, ut potè infinitum. Actus verò quo creature amarent aliquod obiectum honestum, & non propter Deum, essent negativè imperfecti: si cum advertentia desiderent motivum divinum, essent negativè imperfecti imputabilitè; si verò sine advertentia, ut fieri solet, non imputabilitè; non verò esset imperfectio in eo, quod amarent illud obiectum propter ipsum tanquam motivum sufficiens; sed in eo, quod illud non amarent propter Deum: cum notum sit, Deum velle, nos omnia propter ipsum amare; vel saltem per omnes

nostros

nostros bonos actus amare Deum. Vel si placet dic, actum illum esse quidem minus perfectum; non vero impetratum negativè in alio sensu: quia ipsi non debetur maior perfectio intrinseca, ut patet, neque ex prædicato genetico, neque ex specifico: vnde si aliquam imperfectionem moralem habet, est solum extrinseca, quatenus non ordinatur ad Deum per alium actum: hæc tamen non est imperfectio positiva, seu verè, & propriè.

72 Ante argumentorum solutionem advertere operiet, authoritates Scripturæ, Dionys. & PP. solum probare, Deum de facto omnia amare propter ipsum, & si velis, quod necessario beat amare omnia propter ipsum, tanquam motivum extrinsecum, & in hoc sensu, omnia ad se ordinare; sit ita, quia verum est: siquidem omnis amor contigens supponit necessario amorem, quo Deus se amat ex complacentia in se, ut potè constitueretur libertatem ad amores liberos, præcedit ad liberè amandum creaturas: Vnde extrinsecè ordinat creaturas ad Deum; at vero intendimus, quod ut tendens in creaturas non debet omnia

ad se referre, tanquam ad motivum intrinsecum: quia hoc in primis non est necessarium ad æqualitatem actuum; Deinde hoc videtur præjudicare libertati Dei: quia cum Deus liberè ameret creaturem, liberum debet esse Deo, illas amare ex hoc, vel illo motivo, si in oppositum non sit vrgens ratio, qualēm non esse existimamus, & constabit ex solutione argumentorum.

73 Obijc. 1. ex Rip. Creaturæ sunt essentialiter medium respectu Dei ut ultimi finis, essentialiterque dicunt ordinem ad Deum: ergo implicat, Deum, qui præcisus non est, eas amare, & non propter Deum; siquidem eas amare debet, vt dicentes ordinem ad se: quia non sunt aliter amabiles. Confirm. Sicut Deus est causa prima; ita est causa finalis. Sed titulo causæ primæ petit, quod nihil fiat, ad quod non concurreat Deus: ergo titulo causæ finalis petit, quod nihil fiat, nisi propter Deum. Resp. conc. mai. neg. min. Quia ex eo, quod creature non sint amabiles, nisi prout dicunt ordinem ad Deum, solum probatur, Deum debere amare talem ordinem intrinsecum creaturis, qui distinguitur

à Deo : & si velis etiam extrinsecum ;
sed non tanquam motivum amandi
creaturas ; siquidem etiam una virtus
est medium ad aliam , & tamen non ex
eo , quod Deus amet unam virtutem
debet amare aliam : alias omnis Dei
amor erga creaturas esset electio for-
malis : siquidem esset intrinsecè
electio medij propter finem : quod
videtur contra libertatem Dei.

74 Ad confirm. Resp. Non eodem
modo esse causam finalem , ac cau-
sam priuam , quia ita est causa pri-
ma , vt nihil possit fieri ad extra
nisi Dei physicè concurrente ; & non
ita est causa finalis , vt nihil possit
fieri saltem physicè , nisi propter
Deum , plura namque fiunt peccata ,
& actiones indifferentes , virtutis , quæ
non sunt proprie Deum , vnde ly sicut
negandum est sanguinem rigorosè , & so-
lum admittendum est , quatenus faciat
sensum copulativum ; hoc est , Deus est
causa prima , & finalis ; non verò fa-
ciendo sensum comparativum . Imò , li-
cet quia causa finalis exigat , creaturam
nullum habere actum , quem non ordi-
net ad Deum , de quo plures dubitantes
hoc non exigit respectu Dei ; quia nul-
lum est fundamentum . Ets Obijo

75 Obijc. 2. Deus summè se amat ergo sibi, & propter se vult bonum, quod vult. Velle namque amato bonum, est effectus proprius amoris, si quidem amor ex se inclinat ad volendum bonum amato. *Explicat.* Qui non vult alicui bonum, quod facile ei velle, & præstare potest, signum est, quod non multum amat: ideoque Beati implent omne Dei beneplacitum: quia Deum amant, & facile Dei beneplacitum implere possunt: ergo cum Deus summè se amet, debet amare creaturas propter ipsum. Argumentum probat, Deum esse necessitatum ad amandum creaturas propter ipsum amore efficaci quoad earum existentiam.

76 Resp. conc. ant. nego consiq: Quia velle bonum amato est effectus amoris; sed non est necessarius ad amorem: præterim si amatus placeat in eo, quod amans non velit ipsi bonum: cum ergo bonitas divina placeat in eo, quod Deus non amet creaturas propter ipsum, quoties ipsi libuerit ipsas amare propter ipsas tantum: hinc est, quod Deus non est necessitatus ad amandum creaturas propter ipsum. Cum tamen placeat in eo, quod omnia amentur à

creaturis propter Deum, amor, quia
creatvae Deum amant, obligat, ut quid-
quid ament, sit propter Deum. Hinc
patet ad explicationem, & etiam patet,
quid dicendum de amore vnius creatu-
ræ erga alteram; hæ namque frequen-
tèr placent in eo, quod amans velit ip-
sis bonum: saltem ut ita crescat, vel ma-
gis pateat amor.

77 Obijc. 3. ex Petro Hurt. hic
disp. 121. Affectus, qui non adæqua-
tur amabilitati obiecti, est imperfectus;
sicut est imperfecta cognitio, non adæ-
quans cognoscibilitatem obiecti. Sed
affectus, quo creatvae amantur solum
propter earum bonitatem, non adæqua-
tur amabilitati creaturarum: quia etiam
sunt amabiles propter Deum: ergo talis
affectus est imperfectus, & consequen-
tèr impossibilis Deo. Argumentum
probat, Deum esse necessitatum ad
amandum creaturas propter fines om-
nium virtutum, quoties illas amet. Respo-
dist. mai. Affectus, qui non adæquatut
amabilitati exigenti, & debitum facien-
ti amorem, est imperfectus, conc. mai.
affectus, qui non adæquatut amabilita-
ti præcisè capaci amoris, neg. mai. &
dist. similiter min. neg. cons. Dispariq

tas inter intellectum , & voluntatem
est hæc ; quod intellectus , vi potè po-
tētia necessaria , est necessitatus ad cog-
noscendum , quidquid cognoscibile est ;
& obiectum cognoscibile petit cognos-
ci eo modo , quo cognoscibile est : sal-
tem eo modo , quo se cognosceret , si
esset cognos. itivum ; at verò voluntas ,
ex eo quod sit potentia libera , petit non
esse necessitatem ad amandum omne ,
quod est capax amoris ; neque bonitati
capaci terminādi amorem debetur amor
præcisè ex hoc titulo : nisi forte sit sum-
mum bonum , ynde multo minus debe-
bitur amor ex motivo determinato ,
etiam si capax sit amari ex illo motivo .

78 Obijc. 4. Actus non satisfa-
ciens exigentia divinæ bonitatis , nec
se conformans primæ regulæ amandi
est imperfectus . Sed actus amans crea-
turas vnicè propter ipsas , nec satisfacit
exigentia divinæ bonitatis , nec se con-
format primæ regulæ amandi , quæ est
ipsa bonitas : ergo &c. Prob. min. Di-
vina bonitas exigit , & præscribit tan-
quam regula amandi , quod quidquid
ametur , ametur propter ipsam : hoc
enim maximè commendat eius excel-
lentiam , & nulli perfectioni opponitur :

præsertim cum D. Thom. dicat, actum
a tingente obiectum ordinabile ad
aliud, esse imperfectum, si illud non or-
dinat ad aliud. Sed hoc non esset ve-
rum, si divina bonitas non exigeret, ne-
que præscriberet tanquam prima regu-
la amandi, ut quidquid ametur, ametur
propter ipsam: ergo hoc exigit, & præ-
scribit,

79 Resp. concess. mai. nego min.
Quia satisfacit bonitati divinæ actus
comprehensivè amans Deum, & eius
bonitatem, qualiter eam amat actus, quo
Deus amat creaturem adæquatè propter
ipsas: siquidem idem virtualiter amor
amat Deum propter ipsum. Ad probat.
Resp. Divinam bonitatem tanquam pri-
mam regulam amandi præscribere, quod
creature nihil ament, quod non ame-
tur propter Deum: quia hoc commen-
dat eius excellentiam, & hoc nulli per-
fectioni opponitur: & sic intelligendus
est D. Thom. at vero cum opponatur
dominio, & libertati Dei, vt si creatu-
ras amet, eas amet ex motivo determi-
nato: sicut opponitur esse necessitatum
ad illas amandu: ideo bonitas Dei
non præscribit tanquam prima regula
amandi, vt quoties creaturem amet, amet

propter Deum : præsertim cum talis præscriptio impediret dari in Deo amicitiam erga homines , & virtutes morales : siquidem non posset moveri ex eorum motivis, tanquam ex motivis sufficientibus; ideoque talis regula, si comprehendenderet Deum, multis divinis perfectionibus opponeretur.

80 Insistes : Div. Thom. 1. part. quæst. 19. ait , solam divinam bonitatem esse obiectum adæquatum divinæ voluntatis: ergo creature respectu Dei non possunt esse obiectum adæquatum amandi creatureas. *Resp.* Verum esse D. Thom. satis clarè favere sententiæ contrariæ 1. part. quæst. 13. & 19. verum lib. 1. contra Gentes loco cit. sect. antec. nobis favet, quo videtur D. Thom. utramque sententiam defendisse, ut probabilem. Explico tamen antec. illud distinguendo. D. Thom. ait , solam divinam bonitatem esse obiectum adæquatum divinæ voluntatis , ut formaliter infinita perfecta in suis actibus, seu quantum eius actus sunt formaliter infinite perfecti , conc. ant. aliter , nego antec. & cons. Hoc est, ut actus voluntatis divinæ sit formaliter infinite perfectus, & actus purus , & adæquans divinam bonitatem.

nitatem, debet moveri formaliter ex divina bonitate: ex qua sola motione habent actus divini esse formaliter infinitè perfecti in genere mortis: & haec sola bonitas est motivum adæquatum illorum, ut formaliter infinitè perfectorum, non verò illorum, ut ex conceptu inadæquato præscendentium ab infinita perfectione mortali.

81 Obijc. 5. Sicut Deus est essentialiter finis respectu creaturarum, ita creaturæ sunt essentialiter medium respectu Dei. Sed quia Deus est essentialiter finis respectu creaturarum, inordinate amaretur, si unice amaretur propter creaturas: ergo quia creaturæ sunt essentialiter medium respectu Dei, in ordinatè amarentur, si non amarentur propter Deum. Min. præterquam est communior sententia apud Oviedo de Actib. Hum. controv. 4. num. 35. prob. Inordinatus est affectus magis appretians creaturam, quam Deum. Sed actus diligens Deum propter creaturas, magis appretiaret creaturam, quam Deum: ergo. Min. constat ex illo, propter quod unumquodque tale, &c. Explic. discursus ex Aug. lib. 88. q. 30. Omnis humana perversio est vel-

frui v·endis, & *uti fruendis*, quem imitatur D. Thom. 1. 2. quæst. 16. art. 3. Sed si Deus diligeretur propter creaturas, talis actus vteretur Deo, & frueretur creaturis; quod est *vii fruendis*, & *frui utenais*: ergo sicut inordinatus est affectus, quo Deus amatetur propter creaturas, quia esset *vii fruendis*, ita creaturas amari propter se: quia esset *frui v·endis*. Imò Aug. suprà concludit, *Deum non esse referendum ad aliud: quia omne, quod refertur ad aliud, inferius est eo, ad quod refertur.*

82 Resp. cum Arriaga disp. 1. de Actib. Hum. sect. 5. Herrer. quæst. 7. de Volunt. num. 73. à quibus, si bene consideretur, non differt communior sententia, conc. mai. dist. min. Deus inordinatè amaretur, si unice amaretur propter creaturas tanquam propter ultimum finem, & centrum, & appretiando creaturas plusquam Deum, vel referendo Deum ad finem malum. conc. min. si Deus amaretur propter creaturas, tanquam medium conducens ad consequendam honestatem creatam; non tamen appretiando creaturas plusquam Deum, nec sistendo in illis, tanquam in centro, neg. min. & cons.

Quod

Quod autem aliquid possit amari , ut medium ad finem , quin ex hoc inferatur , magis appetiari finem , quam medium , patet : quia Deus ordinavit Christum , saltem ut passibilem , ad nostram salutem ; & Christus passibilis nobilior est , & magis appetiatur à Deo , quam nostra salus . Similitè sapè ordinatur actus charitatis ad acquirendam aliam virtutem moralem minoris valoris .

83 Hinc patet ad probationem minoris à ratione . Proloquium illud propter quod , &c. Est fallum sumptum universaliter : quia iustus est talis , & amicus Dei per gratiam , & gratia neque est iusta , neque amica Dei : paries est albus per albedinem ; & albedo non est alba . Et adhuc respectu denominationum , quarum forma est capax , solum est verum , quatenus denominatio primo , & per se conveniat extremo propter quod ; & alteri ratione huius : sic corpus praesens per praesentiam est æquè praesens , ac praesentia . Sed praesentia est presens ratione sui , & corpus ratione præsentiae : In praesenti sufficienter salvatur proloquium , si creaturæ amantur primo , aut intensius , quam Deus

Deus , in quo non est deordinatio quis
sæpè amamus creature fines deordina-
tione saltem positiva ; quin ylo modo
amemus Deum .

84 Ad probationem ex Aug. dist.
mai. tota perversitas stat in eo , quod
fruatur *utendis* , ponendo ultimum fi-
nem in *utendis* , vel appretiando magis
utenda , quam *fruenda* , vel ordinando
honesta (& hæc vocat Sanctus fruenda)
ad turpia , vel temporalia acquirenda ,
conc. mai. aliter , neg. mai. & nullum
ex his accidit , quando ordinamus
Deum ad acquirendam honestatem ali-
cuius virtutis. Imò ibi dicit Sanctus
*fruendum est honestis ; utendum vero visi-
tibus..... utilitatem autem divinam pro-
videntiam* , vbi honestatem vocat *fruendam* , & consequenter finem præscin-
dendo à creato , & in creato ; & divi-
nam providentiam vocat medium , &
utendum. Sed ut hæc magis explicitur ,
*sciendum est , medium & utendum vul-
gariter dici illud , quod est propriè , &
strictè subiectum nostræ voluntati ,*
qualis est vestis , æquus & villa , & non
dicitur , neque dici potest in hoc sensu ,
nos vti Deo , eius providentia , aut
omnipotentia ; sed dicimus , Deum esse

medium , & nos vti Deo in alio altiori sensu , quatenus Deus conduceit ad aliquid acquitendum : in quo sensu Scholasticī medium vocant usum : & sic vti Deus nullam dicit indecentiam:

§5 Propter hæc Arriaga disp. 242 de Voluntat. num. 19. dicit , Deum posse se diligere propter creaturas. Et quidem in hoc nulla apparet contradictione , dummodo per eundem actum simul se diligat propter se: quia Deus potest gaudere propriis iustis , de eo , quod ipse sit talis , ut possit per se patientes remunerari. Ad id , quod addit Aug. Deum non esse referendum ad aliud : quia id quod refertur ad aliud , inferius est eo , ad quod refertur , iam diximus , Aug. non negare omnem relationem Dei ad creaturas : eum ipse dicat divinam prævidentiam esse utendam , & posse ordinari ad creaturas ; solum ergo negat , quod ordinetur modis supra dictis : & quod vocetur utendus Deus , modo quo vulgariter vocantur res utenda , quales vulgariter diconuntur res propriæ , & strictæ subiectæ nostræ voluntatis. Quod addit , Quod ordinatur ad aliud inferius est , &c. intelligitur de eo quod ex se , & per se ordinatur ; non de illis quod

quod ordinatur ad aliud ex electione voluntatis: alias Incarnatio, passibilitas, & merita Christi ordinata ad nostram salutem, inferiora essent nostra salutem.

SECTIO V.

An actus perfectæ amicitiae hominis ad Deum, seu perfectæ charitatis supponas essentialiter gratiam habitu-lem mediare, vel im- mediare?

86 **S**upposita distinctione gratiæ ab habitu charitatis cum D.Thom. in 3. dist. 27. quæst. 2. art. 4. q.4. Secundum alios habitus charitatis idem est, quod gratia, quod in lib. 2. dist. 26. art. 4. reprobatum est. Variæ sunt sententiæ circa constitutivum esse entiale amicitiæ inter Deum, & homines. Amicus disp. 2. sect. 2. dicit, amicitiam inter Déum, & homines essentialiter consistere in sola gratia; habitum vero charitatis, solum exigit tanquam complementum, aut connotatum. RR. Thom. dicunt, amicitiam essentialiter consistere in habitu charitatis dicendo de connotato gratiam. Alij non

non disputantes, quod dicatur in tec-
to, quod in obliquo, quia ho-
parum refert, modo sint constitu-
va, dicunt, amicitiam essentialiter
constare ex gratia, & habitu charitatis.
Placet hæc sententia. Prob. In primis
amicitia dicit essentialiter habitum
charitatis, deinde dicit essentialiter
gratiam: ergo &c. *Prob. 1. pars.* Ami-
citia est mutuus benevolentie amor,
habitualis scilicet. Sed amor habitualis
idem & formaliter consistit in habitu
charitatis: ergo amicitia, &c. *Prob. 2.*
pars. Amicitia non solum dicit mutuum
amorem; sed amorem à persona digna
redamatione. Sed homo realiter, &
formaliter constituitur dignus redama-
tione per gratiam: ergo amicitia di-
cit essentialiter, & constitutivè gratiam.
Prob. min. Quia si homo amaret Deum,
& non haberet gratiam sanctificantem,
non esset dignus redamatione.

87 Sup. 2. Habitum charitatis
non presupponere essentialiter gra-
tiam: hæc suppositio est contra Thom.
infrà citandos. Prob. tamen. Eatenus
habitus charitatis supponeretur essentiali-
ter gratiam, quatenus habitus charita-
tis esset propria passio gratiæ. Sed ex
hoc

hoc non sequitur , quod habitus charitatis essentialiter supponat gratiam: ergo &c. Prob. min. Propriæ passiones solum connectuntur physicè cum natura , cuius sunt passiones : ergo ex eo quod habitus charitatis sit propria passio gratiæ , non sequitur , quod essentialiter supponat gratiam. Antecedens patet in accidentibus Eucharisticis , vbi quantitas, & alia accidentia sunt passiones substantiæ panis, & miraculosè existunt sine substantia panis : & in calore ut octo, qui est propria passio ignis, & miraculosè potest existere sine igne.

88 Explicat. Eatenus habitus charitatis supponeret essentialiter gratiam: quia habitus charitatis est potentia vitalis supernaturalis , & gratia est vita supernaturalis . Sed habitus charitatis solum impropriè est potentia vitalis, si eum gratia solum impropriè est vita, eo modo quo peccatum est mors animæ: ergo habitus charitatis non supponit essentialiter gratiam. Imò , dato quod habitus charitatis esset vere, & propriè potentia vitalis , petens procedere ab intrinseco gratiæ, idhuc non connectetur metaphysicè cum vita ; sed solum ex natura rei; & hæc sola impossibilitas natu-

naturalis existendi sine gratia est, quam
Div. Thom. tribuit habitui chari-
tatis in 3. dist. 27. quæst. 2. artic. 4.
quæst. 4. Non potest esse charitas, nisi
sit participatio divina naturæ: ideo cha-
ritas sine gratia esse non potest. Deinde si
charitas sit potentia vitalis, habitus fi-
dei, spei, & virtutum moralium erunt
potentiae vitales. Sed hi non sunt ita stri-
ctè potentiae vitales, ut non possint
existere sine gratia: ergo habitus cha-
ritatis poterit metaphysicè existere sine
gratia.

89 Confirm. Eatenus habitus cha-
ritatis præsupponeret essentialiter gra-
tiam, quatenus est perfecta, & habitualis
inclinatio in Deum ultimum finem:
& perfecta, & habitualis inclinatio in
aliquem finem, debet supponere natu-
ram proportionatam ad talem finem:
siquidem eam ad finem impellit. Sed
perfecta, & habitualis inclinatio in fi-
nem non præsupponit essentialiter na-
turam proportionatam: ergo &c. Pro-
bat. min. Virtutes morales sunt habi-
tuales inclinationes in Deum; habitus
spei est habitualis inclinatio in Deum
possidendum. Sed non præsupponit es-
sentialiter naturam proportionatam ad
De Spe & Char. *Hab.* *Deum*

Deum possidendum (id est gratiam) ergo &c. Prob. cons. cavendo solutionem. Per vos in subiecto, cui appetitur forma , debet præsupponi natura proportionata: ergo æquo iure debet supponere naturam proportionatam habitus spei in homine , cui appetit Deum possidendum , quam habitus charitatis inclinans in Deum : et si hic nobiliori modo inclinet in Deum.

90 Confirm. 2. In accidentibus Eucharisticis gravitas est inclinatio habitualis substantiæ panis in centrum; & illa gravitas non solum non præsupponit substantiam panis proportionatam ad centrum; verum neque naturam panis : ergo ex eo, quod habitus charitatis sit inclinatio habitualis in Deum ut finem , non sequitur debere supponere essentialiter naturam proportionatam ad finem. *Explicat.* Eatenus habitus charitatis deberet supponere gratiam, quatenus esset inclinatio propria gratiæ; idèque debet supponere naturam; à qua erit. Sed non est inclinatio propria gratiæ proprietate in quarto modo: hoc est, non est talis, ut soli gratiæ conveniat, & non possit existere sine gratia, ut intendimus ; sed solum est

propria gratiæ in secundo modo: hoc est, convenit gratiæ; sed non semper, & etiam convenit alijs; sicut ambulare hominibus: quia ipsa convenit gratiæ, & gratia potest existere sine ipsa, sicut ignis sine calore: & ipsa potest existere cum alijs habitibus sine gratia, sicut calor, ut octo, potest existere sine igne: ergo habitus charitatis ex nullo capite supponit essentialiter gratiam.

91 His suppositis, Gonet disp. 2. de Essentia gratiæ, & disp. 1. de Iustificatione, ibi 48. & hic num. 182. Carm. de Charit. disp. 1. à num. 30. & disp. 4. à num 46. citantes ferè omnes Thomist. dicunt, actum perfectæ contritionis præsupponere essentialiter gratiam, & immediatè; addunt tamen præsupponere sic gratiam ut auxiliantem, seu *in fieri*; non vero ut iustificantem, quas formalitates realiter identificant, & virtualiter distinguunt in gratia habituali. Castel cum aliquibus nostris dicit, actum perfectæ contritionis posse essentialiter præsupponere gratiam ut iustificantem, & immediatè influentem, etiam pro casu urgentiæ precepti. De hoc secundo latè agimus disput. 6. de Iustificatione, ubi modum

Specialem ; quam habet Palanco hic
quæst. I I . à num. 30. impugnavimus
fæct. 3. §. 1.

92 Dico cum ferè omnibus no-
stris , actum contritionis non præsup-
ponere essentialiter gratiam habitualem
ut auxiliantem. Prob. I. Ex pluribus
Scripturæ locis , in quibus sub condi-
tione conversionis perfectæ ad Deum
promittit Deus remissionem peccato-
rum : dixi *perfectæ* , quia conversioni
imperfectæ , seu attritioni , solum est
promissa remissio peccatorum intra Sa-
cramentum. Nunc sic: Stulte promitte-
ret Deus gratiam , & remissionem pec-
catorum sub conditione contritionis , si
contritio supponeret essentialiter gra-
tiam per modum auxilij. Sed Deus pro-
mittit gratiam , & remissionem ex sup-
positione contritionis : ergo contritio
non supponit essentialiter gratiam per
modum auxilij. Prob. mai. Stultum est
promittere gratiam *ut iustificantem* sub
conditione essentialiter connexa cum
gratia *ut iustificante.* Sed ita promitte-
ret Deus gratiam sub contritione , si
contritio supponeret essentialiter gra-
tiam per modum auxilij : ergo &c. Mai-
est certa: quia stulte promitteret Deus:

Petrum fore risibilem sub conditione,
quod sit homo. Prob. min. Contritio
essentialiter connectitur cum gratia per
modum auxilij. Sed gratia per modum
auxilij essentialiter connectitur cum
gratia per modum *forme iustificantis*:
quia cum illa identificatur realiter:
adeoque est realiter inseparabilis ab
illa: ergo si Deus promitteret *gratiam*
iustificantem sub conditione contritionis,
promitteret *gratiam iustificantem*
sub conditione essentialiter connexa
cum gratia.

93. 2. Nostra iustificatio est bene-
ficium liberaliter collatum a Deo, &
nulla ratione debitum adhuc post con-
versionem perfectam; ut ait Trident.
seß. 6. cap. 8. adducens exemplum
D. Petri, & Magdalene, quæ utique
fuerunt conversiones perfectæ. Sed non
esset tale beneficium, si actus contritionis
perfectæ supponeret essentialiter gratiam
per modum auxilij: ergo non eam suppo-
nit. Prob. min. Terminus essentialiter
exactus ab aliqua entitate, non est no-
vum beneficium supposita entitate; idem
D. Thom. I. 2. quest. 111. art. 2. ad 2.
dicit, posita anima non esse novum be-
neficium dari potentias: quia sunt de-

bius & attento iure , & exigentia animæ:
 Sed gratia per modum *formæ iustifican-*
ris esset terminus essentialiter exactus
 à contritione , in dicta suppositione:
 ergo non esset novum beneficium.
 Prob. min. Gratia per modum *auxilij*
 est terminus essentialiter suppositus ad
 contritionem. Sed gratiæ per modum
auxilij est debita , debito identitatis
 gratiæ per modum *formæ iustificantis* : &
 exacta exigentia inseparabilitatis meta-
 physicæ: ergo &c. Min. quoad pri-
 mam partem est sententia Adversario-
 rum ; prob. quoad secundam. Non est
 minus inseparabilis vna formalitas ab
 alia , cum qua realiter identificatur;
 quam antecedens connexum cum ter-
 mino est inseparabile à termino. Sed
 antecedens connexum metaphysicè
 cum termino est omnino realiter inse-
 parabile à termino : ergo &c. Prob.
 mai. Quia maiorem , & magis strictam
 coniunctionem habet vna formalitas
 cum alia secum realiter identificata;
 quam antecedens connexum cum ter-
 mino habet cum termino realiter
 distincto.

94 3. Præcipue. Si contritio præ-
 supponeret essentialiter gratiam habi-
 tua-

eualem eam præsupponeret per modum
forme iustificantis. Sed per vos non eam
 sic supponit : ergo &c. Prob. mai. Si
 contritio præsupponeret gratiam habi-
 tualem, eam supponeret per modum na-
 turæ : quia per vos , inclinatio alicuius
 naturæ debet supponere eam naturam.
 Eam supponeret , ut vitam supernatura-
 lem ; quia per vos actus vitales in linea
 supernaturali , qualis est contritio, de-
 bet supponere vitam supernaturalem , à
 qua oriatur. Esse tam supponeret , ut
 radicem donorum supernaturalium , quia
 per vos supponitur , ut radix habitus
 charitatis. Sed gratia habitualis , ut est
 natura , ut est vita , ut est radix done-
 rum supernaturalium , est forma iustifi-
 cans : ergo &c. Min. quæ est commu-
 nis , etiam apud Adversarios , prob.
 Quia gratia prout habet dicta prædi-
 cata , est participatio naturæ divinæ
 præ omnibus alijs entibus , quæ non
 sunt forma iustificans.

95 4. Omissa difficultate distinc-
 tionis virtualis , vi cuius in gratia for-
 malitati auxiliij convenit præsupponi
 ad contritionem ; & formalitati iustifi-
 cancis , convenit subsequi : & vi cuius
 distinctionis concedi possent , ut ita

Dicam , omnes chymæræ ; non bñne
percipitur, quod realiter identificantur
inter se formalitates adeò inter se di-
stantes ordine signorum. Quia in pri-
mo signo ponitur ab Adversarijs gratia
per modum auxilij : in 2. habitus chari-
tatis radicatus à gratia : in 3. Præde-
terminatio in 4. Contritio : in 5. Gratia
iustificans : cum ergo identitas realis
sit adeò inseparabilis à suo effectu , vt
nulla potentia suspendi possit talis effe-
ctus : quomodo hic ponitur adeò sepa-
rata formalitas auxilij à formalitate
iustificantis , vt inter ipsas medient tot
signa ? Certè vnio caloris ita insepara-
bilis est ab effectu uniti , vt posita vni-
one calor non possit prius producere
effectum , quam sit unitus : quomodo
ergo formalitas auxilij , quæ est iden-
titas , & non sola vnio cum formalita-
te iustificantis , prius poterit radicare
habitum charitatis , & permittere alia
intermedia , & causare contritionem ,
quam identificantur cum formalitate
iustificantis ; hoc sane mysterium videtur .

96 5. Adversarij , vi huius modi
discurrendi concedunt actiones partia-
les , taliter , vt prius existat actio par-
tialis producens gratiam per modum

auxiliij; quam actio partialis producens gratiam per modum formæ iustificantis. Ex his sequuntur plura absurdia. 1. Actio producens gratiam per modum *auxiliij*, quam vocas partialem, est utique actio totalis gratiæ per modum *auxiliij*: quia gratia per modum *auxiliij* non indiget alia actione; & actio producens formalitatem *iustificantis* propter eandem rationem est actio totalis respectu talis formalitatis: ergo dantur duæ actiones totales circa terminum realiter eundem, et si secundum diversas formalitates; & tamen Adversarij acerrime propugnant esse metaphysicè impossible cundem effectum produci per duplē actionem totalem.

97 Aliter: Vel actio formalitatis *auxiliij*, seu producens formalitatem *auxiliij*, producit formalitatem *iustificantis*, vel non? Si secundum? *Producere*, & *non produci* sunt prædica contradictionia, quæ exigunt maiorem distinctionem, quam virtualem in creatis; cum hæc prædicata adhuc in divinis (scilicet produci Filiationem, & non produci essentiam) exigant distinctionem realem in tertio. Si actio producens formalitatem *auxiliij*, producit for-

formalitatem *iustificantis*? Similitè actio producens formalitatem *iustificantis*, producet formalitatem *auxilij*: ergo formalitas *auxilij* non erit verè, & propriè, donec existat actio totalis illius, & necessaria ad eius existentiam, ergo neque formalitas *auxilij* producet habitum charitatis, & contritionem, donec existat actio producens formalitatem *iustificantis*: quia propriè, & verè, & absolute existere est prius quam verè, & propriè, & absolute causare; & tamen Adversarij dicunt, solam formalitatem *auxilij* præcedere ad habitum charitatis, & contritionem.

98 6. Ex hac sententia sequeretur, Deum decernere gratiam iustificantem, quia est, & prævisione illius. Prob. Deus decernit gratiam iustificantem, quia est contritio: & utique tanquam dispositio moralis, & etiam si sit tanquam dispositio physica, tamen hæc causat quia est. Sed contritio existit quia existit gratia per modum formæ *iustificantis*: ergo Deus decernit gratiam iustificantem, quia est, & ex prævisione illius. Prob. min. Primo ex probatione tertia. Secundo contritio est vera amicitia hominis ad Deum iuxta

Ad-

Adversarios. Sed amicitia hominis ad Deum supponit similitudinem in natura: & est ab hunc similitudinem in natura: ergo contritio existit, quia homo habet similitudinem in natura cum Deo. Sed gratia, ut est similitudo in natura cum Deo, est *forma iustificans*: ergo contritio existit, quia existit gratia, ut *forma iustificans*.

99 7. Sequeretur, quod homines s^ep^e tenerentur ad impossibile, & Deus præciperet impossibilia. Prob. Id est impossibile, ad quod non datur principium immediatum, neque mediatum indispensabiliter requisitum. Sed decedens in peccato non habet et gratiam, neque habitum charitatis indispensabiliter requisita, iuxta Adversarios, ad contritionem; neque potestatem illa acquirendi: ergo contritio, ad quam tenebatur, erat impossibilis. Prob. min. quoad secundam partem difficultis. Si per aliquid posset acquirere gratiam per modum auxilij, & habitum charitatis, esset per omissionem peccati identificatam cum contritione præcepta, vel ortam à contritione præcepta. Sed decedens in peccato non habet potestatem immediatam

ad contritionem præceptam: quia hæc constituitur per gratiam per modum auxilij, & habitum charitatis, quem non habet: ergo &c. Sed de hoc plura dicimus disp. 6. de Iustific. vbi reperies plures formas.

100 Dices: Talem conversionem non esse absolute impossibilem: quia quamvis decedens in peccato, in re non haberet potestatem proximam, haberet tamen illam oblatam, ita ut orando posset eam acquirere; sicut enim frequentè dicitur, *illud possimus, quod per amicos possimus*: quia paratæ sunt eorum voluntates, & facultates, ut illis utiamur: ita sunt parata auxilia sufficiëtia ex parte Dei, & solum per homines stat, quod non habeant in re talia auxilia. Hæc solutio aliquomodo solvit impossibilitatem; verum concedit, quod valde durum est, scilicet hominem fidelem, qui per totam vitam vixit in peccatis, non habuisse per totam vitam potestatem proximam se convertendi; sed solam remotam, quod alienum videtur à benignitate Dei. Deinde non est minor difficultas, per quem actum acquirere posse ille homo potestatem proximam? Quia si per contritionem,

cum

cum non habeat potestatem proximam ad contritionem , neque habebit potestatem proximam acquirendi potestatem proximam. Sed de hoc pulra disposita de Iustific.

101 Ad obiectiones : omissis quæ diximus de inclinatione habituali circa aliquam naturam , quomodo non debet supponere ipsam naturam ? Quæ veriora sunt loquendo de inclinatione actuali: quia amor , quo amamus Angelos , & in illos inclinamus , non supponit in nobis naturam Angelicam , nisi solum obiectivè: & amor naturalis , quo possumus amare Deum , non supponeret in nobis naturam divinam , nisi solum obiectivè , & sic de alijs ; ideoque hoc quasi proloquium inter Thomist . *Inclinatio in aliquam naturam , debet supponere illam naturam .* Loquendo de præsuppositione subiectiva , seu de præsupponere subiectivè , solum potest esse verum loquendo de amore concupiscentiæ : quia cum sit inclinatio in bonum proprium naturæ , debet oriiri à natura , in cuius bonum inclinat , & præcisè ex cap. nascendi ab illa natura , in quam inclinat , debet eam supponere;

§. II.

Solvuntur argumenta.

102 **O**bijc. 1. Inclinatio, seu operatio propria alii-
cuius naturæ necessario præsupponit talem naturam. Sed amor supernatura-
lis est inclinatio, & operatio propria naturæ divinæ participatæ: ergo neces-
sario præsupponit naturam divinam participatam, quæ est gratia. Mai. vi-
detur certa: quia de ratione proprij est illi soli convenire, cuius est proprium.
Confirm. De ratione actus vitalis est,
quod procedat à principio proximo
vitæ, ut coniuncto principio radicali.
Sed actus charitatis est vitalis vitalitate
supernaturali: ergo actus charitatis ne-
cessario oritur ab habitu charitatis, qui
est principium proximum vitæ super-
naturalis, ut coniuncto cum principio
radicali vitæ supernaturalis, quod est
gratia. Min. patet ex 1. Ioan. 3. *Trans-
lati sumus de morte ad vitam, quoniam
diligimus fratres. Qui non diligit manet
in morte.*

103 *Argumentum probat, actum
char.*

charitatis debere supponeret gratiam
ut sanctificantem, & non præcisè *ut auxiliantem*: quia gratia *ut sanctificans*,
est, quæ dicitur vita animæ, & radicat
habitus, quos vocas principia vitalia
supernaturalia: & actus charitatis, æquè
est inclinatio propria gratiæ *sanc-*
tificantis, quam *auxiliantis*. *Resp.* dist. mai.
Inclinatio, & operatio propria alicuius
naturæ proprietate *in quarto modo*, ne-
cessario supponit illam naturam, conc.
mai. Quia proprium eiusmodi est, quod
semper, & solum convenit individuis
illius naturæ; inclinatio, & operatio
propria alicuius naturæ proprietate *in*
secundo modo, supponit illam naturam;
neg. mai. Quia eiusmodi proprium est,
quod aliquando convenit, & non solis
individuis illius naturæ, sicut *hominibus*
ambulare. Et dist. min. Actus charitatis
est inclinatio, & operatio propria gra-
tiæ habitualis proprietate *in secunda*
modo, conc. min. *in quarto modo*, nego
min. & *conseq.*

104 Ad confirm. dist. mai. De ra-
tione *actus vitalis* propriè talis est,
quod oriatur à principio vitali, conc.
mai. impropriè, & metaphysicè talis;
neg. mai, & dist. min. *Actus charitatis*
est

est vitalis vitalitate supernaturali, seu in linea supernaturali, & hæc linea est metaphoricè vitalis, conc. min. est propriè vitalis, neg. min. & cons. Quia huiusmodi vita supernaturalis, seu linea vitalis supernaturalis, solum dicitur vitalis, & vita ea proprietate, qua peccatum dicitur mors animæ: hoc est in sensu speciali mystico: alias omnes habitus virtutum essent vitales, & potentiae vitales gratiarum: & consequenter darentur tot voluntates supernaturales, ac habitus. Dicitur ergo gratia vita animæ, quia est radix beatitudinis, in qua in æternum vivimus in actu secundo cum summa felicitate; sicut peccatum dicitur mors animæ, quia est radix æternæ mortis, & damnationis.

105 Obijc. 2. Actus perfectæ contritionis ultimo disponens ad iustificationem est meritorius de condigno primæ gloriæ, hoc est, gloriæ correspondentis gratiarum primo infusæ. Sed non potest esse meritorius de condigno gloriæ, nisi procedat effectivè à gratia: quia tota condignitas meriti provenit à gratia influente; seu consistit in eo, quod oriatur à persona digna: ergo actus perfectæ contritionis procedit effectivè.

vè à gratia. Prob. mai. Actus contritionis ex se, & ex natura sua est summum obsequium: ergo ex se est condignus summo præmio, & consequenter actus perfectæ contritionis disponens ad primam gratiam est condignus primæ gloriae. Deinde actus contritionis ex se est motus in beatitudinem, tanquam in terminum sibi proportionatum, & debitum: ergo ex se est condignus beatitudine: & consequenter actus contritionis disponens ad primam gratiam erit condignus primæ gloriae.

106 Ad argumentum, omissa doctrina Ovied. controv. 5. de Merito, num. 46. dicentis, ut gratia condignificet actum non requiri influere in actum; sed sufficere, quod sint in eodem signo: vel quia committanter producantur: vel quia actus sit forma sanctificans, ut plures dicunt de contritione. Et dicentis num. 47. gratiam productam independenter ab actu, licet conservatam dependenter ab actu, modo non sit in præmium actus, posse condignificare actum. Et missa doctrina Suarij lib. 12. de Gratia, cap. 18. nro 18. De Spc. & Char. Iij pmer.

mer. 24. dicentis, ut gratia dignificet actum, non requiri influxum gratiæ; sed solum coexistentia, quæ constitutæ hominem remunerabilem, quod facit removendo peccatum. De quo plura disp. 3. de Merit. secl. 5.

107 Resp. cum Lugo disp. 6. de Incarnat. num. 59. & cum alijs, neg. mai. quod scilicet actus disponens ad iustificationem sit meritum condignum primæ gloriæ pro illo instanti. Ad prob. Resp. Actum contritionis esse ex se summum obsequium, & ex se tendere in beatitudinem tanquam in terminum aliquomodo proportionatum correspondentem merito congruo; non tamen tanquam in terminum debitum correspondentem merito condigno, ideo conc. ant. neg. cons. Quia cum condignitas proveniat à forma iustificante, si contritio non sit forma iustificans, ut non est iuxta Adversarios, non est formaliter condigna primæ gloriæ; neque illative: quia propter nostras rationes non præsupponeret essentialiter gratiam, ut auxiliarem: & iuxta Adversos non præsupponit gratiam, ut iustificans, qua sola

ratiōne condignificat meritum. Et arā gumentum probat , contritionem debere supponere gratiā , ut iustificantem.

108 Si autem cum Gonet disp. 2. de Iustificatione, num. 191. distinguaſ in actu contritionis formalitatem dispositioſis , & formalitatem meriti , & dicas , gratiam , ut auxiliantem , influere in primam ; in secundam verē gratiam , ut iustificantem. Omissa myſteriosa diſtinctione virtuali ; imo , & omissa myſteriosa identitate reali , poſt tot ſigna naturæ expectanti , ut adveniat formalitas , quam identificet cum formalitate præexistenti. Et miſſo , quod daretur duplex actio totatis reſpectu actus contritionis , ut notavimus . Vel quod contritio , ut dispositio non poſſet influere in gratiam , ut iustificantem : quia non eſſet verē producta , donec adveniret actio producens contritionem , ut eſt meritum.

109 Contra eſt primo. Quia in actu contritionis non eſt una formalitas , quæ ſit dispositio , & alia , quæ ſit meritum ; ſed totus eſt dispositio , & totus eſt meritum de congruo , aut de con digno ; vel ad minus , ſi hæ duæ

Formalitates distinguuntur, pro signo
pro quo est dispolitio, erit meritum
congruum gratiæ iustificantis, & pri-
mæ gloriæ; & pro signo, pro quo est
meritum, erit meritum de condigno
primæ gloriæ, quod coniunctum ne-
gant Adversarij. Prob. ant. quoad pri-
mam partem difficile. Contritio pro
illo signo est meritum congruum gratiæ
iustificantis, & gloriæ, pro quo est
obsequium Deo præstitum, non con-
dignificatum gratia habituali. Sed pro
signo, pro quo contritio est dispositio
ad gratiam iustificantem, est obsequium
Deo præstitum, & non est condignifi-
cata gratia habituali pro illo signo: er-
go pro illo signo est meritum con-
gruum gratiæ iustificantis, & primæ
gloriæ. Min. quoad primam partem ex-
terminis patet: quia conteri de pecca-
tis ex se est obsequium Deo; quoad se-
cundam conceditur ab Adversarijs:
quia pro illo signo non intelligitur
gratia, ut habitialis, & iustificans. Et
quidem qui tam facile dividunt, & sepa-
rant formalitates inter se idētificatas, &
idētificat formalitates inter se adeò di-
stinctas, mirum est, quod renquant identifi-
cationem

care meritum de congruo pro uno signo cum merito de condigno pro alio signo.

110. 2. Iuxta hanc solutionem ad salvandum meritum in actu contritionis ad nihil deservit, quod gratia per modum auxilij influat in actum contritionis, ut disponentem: & ad salvandum, quod actus contritionis procedat necessario à gratia habituali, sufficit, quod procedat à gratia habituali, quoad secundam formalitatem, meriti scilicet: satius ergo erit dicere, quod gratia habitualis non præcedit per modum auxilij, seu in fieri ad actum contritionis, ut dispositio est: ne sine necessitate adstruatur mysteriosa identitas iustificans extrema adeò distantia.

111. Obje. 3. Intendendo recte componi esse dispositionem ad formam, & procedere à forma. Christus disposuit se ad gratiam habitualē per actum amoris beatifici, ut videtur dicere Div. Thom. 3. part. artic. 3. in corp. sed talis amor procedit à gratia iustificante: alioqui si non supponeret gratiam, esset meritum de condigno talis gratiae, & gloriae: quia talis amor est

dignificatus à persona Verbi. Et Div.
Thom. 3. part. quæst. 19 art. 3. negat,
Christum meruisse sibi gloriam animæ:
ergo talis amor disponit , & procedit
à gratia. **R**esp. Quod licet Suar. inten-
dat explicare D. Thom. clare tamen
stat pro sententia contraria , ideo venia
Div. Thom. respondeo cum D. Bona-
ventura , Ricard. apud Suar. tom. 1.
in 3. part. disp. 40. cap. 2. actum amo-
ris beatifici non fuisse dispositionem ad
gratiam habitualem in Christo : quia
sunt effectus gratiæ , & consequenter
non sunt meritum de condigno talis
gloriæ, neque gratiæ cui correspondet.

112 Et quidem argumentum si re-
stè inspiciatur est contra Thomistas , &
satis vrgens. Ex eo enim sequitur , ta-
lem amorem esse meritum de condigno
gratiæ sanctificantis. Prob. Talis amor
per vos est dispositio , non ad gratiam,
ut auxiliarem: quia hanc supponit , &
ad eam non p̄cedit ; sed ad *gratiæ*
justificantem. Sed actus , qui est dispo-
sitio ad aliquam formam , potest esse
meritum condignum ad illam , si adsit
condignitas , qualis adest in persona
Verbi : ergo est meritum condignum

grat.

gratiæ sanctificantis , & gloriæ animæ:
 Aliter : Talis amor non deficit à ratio-
 ne meriti condigni ex capite præces-
 dentiæ : quia per vos præcedit , ut dis-
 positio ad *gratiam iustificantem* : non
 ex capite condignitatis : quia condig-
 nificatur à persona Verbi : ergo est
 meritum condignum gratiæ , & gloriæ
 animæ Christi.

113 Obje. 4. In physicis disposi-
 tio ad formam procedit *efficienter* à
 forma. 2. Materia prima præcedit for-
 mam in genere causæ materialis , & est
 posterior in genere causæ actualitatis,
 & informantis. 3. Creatio in genere
efficientis est prior termino , & termi-
 nus est prior creatione in genere su-
 stentantis , & recipientis. 4. Ingressus
 aëris est causa efficiens apertioris fe-
 nestræ , & apertio fenestræ in genere
 causæ materialis *dispositivæ* removentis
 prohibens , est causa ingressus aë-
 ris , & præter alia sic traditur ab
 Aristot. 5. Meth. cap. 2. & 2. Physi-
 corum cap. 3. dicens , causas ad invi-
 cem esse causas.

114 Resp. neg. Dispositionem ad
 formam procedere à forma pro primo

instaurari; sed solum pro sequenti, in quo
forma conservatur sine influxu disposi-
tionis. *Ad 2.* forma non est causa
materiae sumptae secundum se; sed solum
est causa materiae, ut cōplete, hoc est, est
pars totius determinans ad totum.
Ad 3. Terminus non est prior creatio-
ne: quia creatio non recipitur in ter-
mino; sed unitur. *Ad 4.* primus in-
gressus aëris est causa apertio fenestrae;
non è contra, quia est impedi-
mentum auferibile per exercitium
agentis, & effectus: sic quia prius
est, quod existat peccatum, quam
quod deficiat gratia, defectus gratiae
est effectus peccati, & non est prior
peccato, ne sit contra Trident. dicens,
Deum nullum deserere, nisi prius de-
seratur. E contra accidit in impedi-
mento inauferibili per exercitium
agentis: Carentia namque talis impe-
dimenti præcedit ad exercitium; lo-
quendo vero de secundo ingressu aëris
apertio fenestræ est prior ingressu per
accidens, quatenus removet impedi-
mentum, quod ipse ingressus posset re-
movere. Aristot. solum concedit mu-
tuum prioritatem loquendo de causa
efficiace.

efficienti , & finali , vt explicat Lugo
disp. 8. de Pœnit. num. 155. & tota
sext. seq. vbi multa exempla Advers. ad-
ducit , & solvit.

115 Mens D. Thom. clara est pro
Adversarijs 1. 2. quæst. 113. art. 8.
vbi concedit mutuam prioritatem inter
gratiam, & dispositionem. Idem tradit
in 4. dilt. 1. quæst. 1. art. 4. quæ-
stiuncula 2. de Veritate , quæst. 28.
art. 3. ad 2. & sæpè alibi. Nihilominus
1. part. quæst. 62. art. 2. ad 3. dicit,
Tertia conversio est , per quam quis se
preparat ad gratiam habitualēm , & ad
hanc non exigitur aliqua habitualis gra-
tia. Et 3. part. quæst. 89. art. 1. ad 2.
dicit : Actus primus pœnitentiæ se habet,
vt ultima dispositio ad gratiam conse-
quendam , scilicet contritio ; alij vero
sequentes actus procedunt iam ex gratia ,
& virtutibus. Ferre idem habet 1. 2.
quæst. 109. art. 6. ideò aliqui Thom.
vt Medina , Zumel , Sotus apud Suar.
lib. 8. de Gratia , cap. 12. pro nobis ex-
plicant D. Thom. & certè pro nobis
stant Hieron. ad Eph. 1. Aug. lib. 1.
de Prædestinatione , cap. 17. Bonavent.
& alij apud Suar. Sanè Aug. lib. 1. ad

Simplic. quæst. 2. sic ait. *Percipientis gratiam consequenter sunt opera bona, non que gratiam pariant; sed que gratia pariantur; non enim, ut fermeat, calefacit ignis; sed quia bene fervet: neque ideo bene currit rotæ, ut rotunda sit; sed quia rotunda est, ubi nihil clausius pro negatione mutuæ prioritatis.*

§. IIJ.

116 Hic agi posset de influxu gratiæ, & habitus charitatis in actum charitatis pro instanti virginitatem præcepti; sed de hoc latè agimus disp. 6. de Iustificatione, & nihil occurrit addendum.

Agì etiam posset de influxu gratiæ, & habitus charitatis in actum charitatis non præceptum: & an habitus sit tota ratio agendi; sed de hoc agimus disp. 5. de Visione, & nihil occurrit addendum.



INDEX
DISPUTATIONUM,
& SECTIONUM.

TRACTATUS I.

DE SPE.

DISPUT. I.

- D**e natura, & obiecto formalis spei, pag. 7.
Sect. 1. An spes consistat in actu intellectus, vel voluntatis? pag. 8.
Sect. 2. De obiecto formalis spei Theologicae, pag. 15.
Sect. 3. An omnipotens ut auxilians sit obiectum formale spei? pag. 38.

DISPUT. II.

- De obiecto materiali spei, pag. 63.
Sect. 1. Quodnam sit obiectum materiale spei? pag. 64.
Sect. 2. An possimus alteri suam beatitudinem spe Theologica sperare? pag. 80.

Sect.

INDEX.

- Sect. 3. Resolvitur quæstio duabus
conclusionibus, pag. 89.
Sect. 4. De subiecto spei, pag. 104.

DISPUT. IIJ.

- De absentia futuritione, & arduitate
requisita ad spem, pag. 115.
Sect. 1. An, & qua ratione obiectum
spei debeat esse arduum? Ibid.
Sect. 2. De absentia requisita ad spem,
pag. 134.
Sect. 3. De cognitione sufficienti, &
requisita ad spem, pag. 160.
Sect. 4. Sententia Albendeæ, & alio-
rum impugnatur, pag. 171.
Sect. 5. Aliquæ conclusiones, pag. 203.


DISPUT. IV.

- An pugnet iudicium regulativum spei
cum revelatione damnationis? pa-
gina 223..

- Sect. 1. Vtrum cui facta est revelatio
de sua damnatione, quam revela-
tionem modo supponimus possibi-
lem, possit sperare? Ibid.
Sect. 2. Aliæ conclusiones, pag. 238.
Sect. 3. Solvuntur argumenta, p. 246.
Sect.

INDEX.

- Sect. 4. Aliæ conclusiones, pag. 265.
Sect. 5. Aliæ conclusiones, pag. 276.
Sect. 6. An Deus possit alicui revelare
absolutè suam damnationem? pa-
gina 290.
Sect. 7. An habita priori revelatione
certa beatitudinis, possimus sperare
beatitudinem? pag. 304.



TRACTATUS SECUNDUS, DE CHARITATE DISPUT. I.

- D**E obiecto formalī charitatis di-
vinæ, pag. 313.
Sect. 1. Quodnam sit obiectum forma-
le charitatis Theologicæ pag. 314.
Sect. 2. Solvuntur argumenta, p. 325.
Sect. 3. An non solum bonitas Dei su-
pernaturalis; sed etiam bonitas na-
turalis, sit obiectum formale chari-
tatis pag. 342.
Sect.

INDEX.

- Sect. 4. Solvuntur argumenta, pagina 359.
- Sect. 5. An obiectum creatum possit esse motivum formale charitatis pag. 370.
- Sect. 6. Actus, qui partialiter moveantur ex bonitate creata, & partialiter ex bonitate divina, v. gr. ex Deo, ut revelante, aut ex Deo ut beante, non est actus charitatis Theologicae, pag. 385.
- Sect. 7. An detestatio efficax unius lethalis ex motivo charitatis sit detestatio virtualis caeterorum? pagina 391.

DISPUT. II.

- De amicitia inter Deum, & homines, pag. 406.
- Sect. 1. Vtrum detur vera amicitia inter Deum, & homines? Ibid.
- Sect. 2. Vtrum Deus possit amare creaturas propter ipsas, tanquam motivum? pag. 415.
- Sect. 3. Solvuntur argumenta, pagina 492.
- Sect. 4. Vtrum Deus possit amare

INDEX.

creaturas vnicè , & adæquate propter ipsas? pag. 452.

Sect. 5. An actus perfectæ amicitiae hominis ad Deum, seu perfectæ charitatis supponat essentialiter gratiam, pag. 473.

FINIS.



Errata sic corrigend


P Ag. 11. lin. 7. futuritione , leg.
de futuritione. Pag. 12. lin. 13.
obsoluta , leg. *absoluta*. Pag. 38. lin.
ylt. ofrmale, leg. *formale*. Pag. 45. lin.
13. desirandum, leg. *desiderandum*. Pag.
47. lin. 5. seundum , leg. *secundum*.
Pag. 48. lin. 25. Qua, leg. *Quia*. Pag.
52. lin. 12, intentione, leg. *intrinsecè*.
Ibidem lin. 22. retardans , leg. *retar-*
dantes. Pag. 55. lin. penult. recedens,
leg. *recedens*.


¶ His mendis demptis, suo resa
pondet exemplari. Matriti die 23. Octo-
bris anno 1716.


*Lic. D. Joachin Benito del Rio
y Cordido.*


Correct. Gen. por su Mag.











1465

4405